



R.M.L. H.

1.





Ex libris  
GUSTAVI EMICH  
de Emöke.

75-

*konist  
yett*

aria mint 3 minur  
270 Rev.

Ranschburg 13/6 904  
R. M. J. J.  
II. 1.

Seabö II - 34 - F plö.


" II - 308 - 2 plö.

" II - 75 - 4 plö

20 lap hilget, end is


18 " van Seabö pa

rent [h. h. S. l. v.]



**TIFFEN** Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007



*Liber rarus.*

*Vide Eq finem carminum ob  
Stephanum Maylad.*

**PRÆCEPTA  
VITAE CHRIS-  
TIANAE.**

**VALENT. VVACNERI  
CORONEN.**

*possefor  
A. L.*

**CORONA**

Liber rarus.

Vide Et filium carminum ob  
Stephanum Maylas.

PRÆCEPTA  
VITAE CHRIS-  
TIANAE.

VALENT. VVACNERI  
CORONEN.

*possefor*  
*A. L.*  
CORONA



PRAECEPTA VITAE  
CHRISTIANAE.

ELEGIA PRIMA.

**S**e bene quisq; probet, primus potiorq; salutis,  
Est animi morbos non latuisse, gradus.  
Qui noua mox fidæ submittit uulnera curæ,  
Auxiliatrici sæpe leuatur ope.  
Sed mala qui dano latitantia pectore celat,  
Occulto uictus sæpe dolore perit.  
Tu peccata tuo tacite recubantia corde,  
Detege, nec cæco pectore crimen alas.  
Neue in deterius serpant, maioraq; fiant,  
Conatu remoue damna futura pio.  
Exitio multos neglectior implicat error,  
Res grauis est, uicium cernere nolle suum.  
Dat ueniam trepidis superum clementia lapsis,  
Pondere nec patitur succubuisse graui.  
Erigit oppressos, ac firmat robore uerbi,  
Viuisco lassos flamine Christus alit.  
Ergo age, qui uera fidei uirtute reuixti,  
Maxima sit uitam degere cura nouam.  
Sis pius & sanctis æternum numen honora  
Morbis, & puro pectore quære deum.  
Illius ad sacram præcepta grauisima legem,  
Illius ad nutus, respice quicquid agis.

Nec cole

Nec cole præclaras saltim clamoribus artes,  
Officijs VIRTVS splendeat ipsa pijs.  
Altitonans iustas firmo moderamine leges  
Roborat, ac uerbo præsidet ipse suo.  
Mox intus tristis commisso crimine pœna,  
Iustaq; sentitur Vindiciæ ira DEI.  
Pectoribus solidam recti mens conscia pacem  
Efficit, & placida membra quiete fouet.  
Dulcius in stipula securum carpere somnum,  
Quam pauido auratos corde subire thoros.  
Nemo caret uitio, scelus est tamen omnibus æquè  
Criminibus mentem prostituisse suam.  
Quæ iubet ipse deus tractet tua lingua, piòque  
Exemplo ueram confiteare FIDEM.  
Nec satis est iactare fidem, uirtutibus illa  
Gaudet, amatq; piùm uiuida semper opus.  
Summus legis honor, legum est præscripta tenere,  
Legibus & mores instituisse bonis,  
Immensa à fati dependet machina mundi,  
Æternoq; manent subdita cuncta deo.  
Res hominum celeri diuum sapientia uersat  
Turbine, nec firmo sors manet ulla gradu.  
Dum temulenta ruit, dubio dum ludit honore,  
Inijcit ambigua spemq; metumque manu.  
Deprimit, atque iterum, titulis quos uexit in altum,  
Implicat extremis mox uiolenta malis.  
Lucet in aduersis synceri candor amici,  
Hic labor est puram non temerare fidem.

PURA

Pura fides hominum res est rarissima, Vera  
Maius amicitia nil uagus orbis habet.  
Is tibi perpetuò & multo sit nomine carus,  
Quem pia uirtutis curaque amorq; tenet.  
Qui sua sic certa formauit pectora lege,  
Ut non fortunæ subdita colla gerat.  
Felix, qui teneris artem condiscit ab annis,  
Doctrinæ solidas & sibi querit opes.  
Quisquis amat toto sacras conamine Musas,  
Is meritò Sophiæ nomen amantis habet.

ELEGIA. II.

Vt tua uita deo placeat, pius esto, Deiq;  
Totus ad exemplum teque animumq; rege.  
Moribus innocuis uiue, & tibi pectore teste  
Nitere nullius conscius esse mali.  
Sedula, quicquid agis, pulchri sit cura decori,  
Nullumque attenda præcipitanter opus.  
Corde graues curas, atque otia turpia pelle,  
Detineat sanctus uiuida membra labor.  
Ille autem pulchra tolerat ratione labores,  
Cui sine fruge aliqua non perit ulla dies.  
Virtutem exerce dum uirtus floret & ætas  
Aptior est, animo sufficiente tuo.  
Quemlibet excultis augeri, & crescere donis,  
Feruida in officio cura fidesq; facit.

QUAM

Quam breuis est ætas hominis? quæ plena laborum?  
Perpetuum totus quam nihil orbis habet!  
Viuimus incertum, nec quisquam præpetis æui  
Nosse dies, animo præmeditante, potest,  
Turpibus occultè perit irrevocabilis ætas  
Moribus, & sensim uita diesq; fluunt.  
Ne cupidis nocuum quæræ affectibus aurum,  
Sæpe aurum multis exiciale fuit.  
Victus auaritia secum omnia perpete cura  
Versat, & argenti pallet amore miser,  
Ocia pauperies, luxum comitat: ur egefitas,  
Præbet inexhaustas sudor honestus opes.  
Prouidus ætatis conuectat tempore uictum,  
Sed stolidi mœsis nil rationis habent.  
Tu tamen hic iusto medium conamine serua,  
Optimus est medium posse tenere, labor.  
Nulla iuuat turpi congesta pecunia fraude,  
Iustorum rebus Sorsque Deusq; sœuet.  
Omnipotens animum dicat satiatq; piorum,  
Miscet inexplicitis impia lucra malis,  
Respice non uires hominis formamue caducam,  
Sed dotes animi iudiciumq; pijs.  
Est aliquid pulcbro præcellere corpore multos,  
Ast animus precium corpore maius habet.  
Si uirtute alijs præstas, gaudeto modestè,  
Ne quando in portu subruat unda ratem.  
Lubrica fortunæ cautus pete munera, præceptis  
Vulgus inexhaustis implicat illa dolis.

Dum

Dum fugis inuidiam & titulos, ita degere uitam  
Cura sit à doctis ne reproberè uiris.  
Nec malè summa petas, ne spectes semper ad inua,  
Tutior in medio sic tibi cursus erit.  
Aures ac linguam certo moderamine frenæ,  
Nec subitis oculos uolue reuolue modis.  
Quicquid agis, sapienter agas, & semper ubiq;  
Æternum præsto numen adesse scias.  
Consilio finem, & successus prospice, nunquam  
Sic improuisis decipièrè malis.

ELEGIA. III.

Peccata ut fugias, uigili noctuque diuque  
Iudicij extremum respice mente diem,  
Nullumq; obscænis unquam tere moribus æuum  
Traducas celerem nec sine fruge diem.  
Dulcibus insuda musis, ac sedulus esto,  
Admotaque simul fata precare manu.  
Ardua perpetuo uirtus sudore coronas  
Ambit, inexplètoque astralabore petit.  
Rarus ad egregias natura peruenit artes,  
Mollia sunt studijs corda fouenda bonis.  
Ergo age dum faciles animi, dum mobilis ætas,  
Chære puer musis pectora trade pijs.  
Noxiaque illorum fugito commercia, palàm  
Quos constat magnis displicuisse uiris.  
Nemo tibi ueræ dulcem pietatis amorem:  
Aut turbet sanctum religionis opus.

Nunc opibus musæ, probitas postponitur auro,  
Auro dant primum sæcula nostra locum.  
Sapienter infantes merore premuntur acerbo,  
Sapienter immeritos fata benigna fouent.  
Haud tamen est eas fors animo metuenda uirili,  
Aspectu quæ trux asperiorq; uenit.  
Non est crede mihi, non est sincera uoluptas,  
Quam non uirtutum conscia corda probant.  
Eximia est uirtus, cum rerum postulat usus,  
Infraçto casus corde subire graues.  
Quod fortuna iubet, tranquilla mente ferendū est,  
Hic labor egregij est officiumque uiri.  
Felix, qui potuit tumidum contemnere mundum,  
Et Satbanæ blandis abstinuisse dolis.  
Delicias mensæ fugito, natura quod optat,  
Id stomacho tantum suppeditare decet,  
Fortis, qui carnis fallacia gaudia calcat,  
Et quicquid totus criminis orbis habet.  
Debilitant animos, & corpora languida reddunt  
Morbi, sed mentem sæpe acuerè piam.  
Dic grates superis, cum te fors uersat acerba;  
Spes iustis magni certa medela mali est.  
Contra fortunam uini tua pectora, multi  
Sub cruce præstantes occubuerè uiri.  
Longanimis mansueta Dei ne brachia culpes,  
Communes morbos gratia dia leuat.  
Concipe sincero meditando pectore Christum,  
Et pura in superis lumina tolle domus.

Nemo

Nec supercilijs laxos male tutus habens,  
In præceps oculus uertitur omne malum.  
Et linguam ratione regas, neq; egerit illa,  
Sæpe tibi satius quæ tacuisse foret.  
Res minor est fixam iactu contingere metum,  
Quam linguam innocuè composuisse suam.  
Diuorum in suda scriptis, hæc pectora formant,  
Nec quicquam incasum cor laborare sinunt.  
Si tibi forte subit turpis meditatio, famæ  
Gloria te reprimat iudiciumque Dei,  
Ut paupertatis deuities tædia, disce  
Naturæ tantum uiuere posse tuæ.  
Qui nullis opibus, perituroue indiget auro,  
Summè diuitijs adfluit ille suis.  
Sed qui sorte sua contentus uiuere nescit:  
Etsi possideat plurima, pauper erit.  
Sicut enim exiguum per se natura requirit,  
Sic nullum finem luxus auarus habet.

ELEGIA III.

Sperne uoluptates carnis, ne corpora ledant,  
Aut animum turbent, inficiantque tuum.  
Lubrica declines fugitura gaudia uitæ,  
Gaudia, quæ sanctum sæpe morantur opus.

B

M. xli



**M**axima pars hominum: uentri dum seruit auaros  
Reddit inexpectam luxuriando gulam.  
**D**eliciae, Venus, & cum mollibus otia plumis,  
Virtutem in mundo uix superesse sinunt.  
**Q**uam ratione potes inopi succurrere, pauper,  
Qui nos Altitono conciliabit, erit.  
**S**it tua fors curta est, nec rerum suppetat usus,  
Debita nec uitæ sunt alimenta tuæ.  
**P**ectore ne subito spes abijce, sed bene constans,  
Assiduis precibus sollicitato Deum.  
**O**tia ceu pestem fugias, si adque labore  
Corporis exerce sedula membra tui.  
**V**tere sed modico uino, nam parcius haujrum,  
Plus tibi, quod tribuat commoditatis habet.  
**Q**uæ tenet incertis spatiosus temporis orbis,  
Ne turbent sensus, inficiantue tuos.  
**L**inguam, oculos, auresque regis, quia sæpe per illa  
Nos feriunt uariis uilita tela malis.  
**S**cire loqui laus est, laus est quoque scire tacere,  
Et pretium uirtus utraque semper habet.  
**R**ideto parcè, nimis præcordia risus  
Eneruat, mollemque efficit esse uirum  
**F**orma decet tacito pueros inclusa pudore,  
Sed uultus constans cum grauitate senes.  
**C**um tibi blanditur luxu inuidiosa uoluptas,  
Sis memor ætatem iam properare tuam.

**Dum**

**D**um malè speramus fluidæ longissima uitæ  
Tempora, dum fatum fallere posse putas,  
**I**rruit obscuræ properata potentia mortis,  
Cunctisque occultas iniecit illa manus.  
**D**elibera, si quid fueris cepturus, & ante  
Quàm tentes, penitus prospice quicquid agis.  
**S**ic impendentis stimulante timore pericli,  
Semper prudenti pectore tutus eris,  
**A**b nimis es facilis qui te uenientia fata  
Humanis speras fallere posse dolis.  
**I**mpia fors assis celabit crimina: ruidus:  
Tutus & ad tempus turpis adulter erit.  
**S**ed fructum muenient mox lamentabilis æui,  
Protinus & culpam suppletumque luent.  
**H**as iam præ sagu scelerum mens conscia pœnas,  
Sentiscunt tantum præscia corda malum.

**ELEGIA V.**

**D**um tua tractari, dum flecti moribus ætas,  
inque nouas formas moliris ire potest:  
**I**am tenerum ingenium puer instrue musis:  
Nulla potest doctiles reddere cura senes.  
**C**um subit imperas animum, uel subdita uersat  
Pectora sollicitis noxia cura modis.

**B ij**

**Obsersus**

**O**bserua insidias Sathanae fraudemque dolumq;  
Carnis & illecebris ne capiare. caue.  
**L**asciuos artus sancto compeſce labore,  
Sed medica cura languida membra foue.  
**V**iuere quottidie tempus te crede supremum,  
Quæ non sperata est, gratior hora uenit.  
**S**ordidulus animo curas depone, futuræ  
Ipse iubet uitæ nos meminisse Deus.  
**T**empora si species, Virtus obliterat aurum,  
Pura fides fraudem proterit atq; dolum.  
**I**mpia ne pectus tibi turbet opinio plebis,  
Mobile nec quæras quid male uulgus amet.  
**Q**uem prior est exosa, sequens uenerabitur ætas,  
Censuram meriti fata diesq; frunt.  
**V**iuere pie, ac merito quemuis ueneratus honore,  
Te prono solis pectore iunge bonis.  
**R**ectius ut nocuas possis rescindere curas,  
Quem uerses tota concipe mente Deum.  
**S**uspice conuexi pulcherrima sidera cæli,  
Veraq; oblectes cor ratione pium.  
**N**e seriem æternæ: latitantia numina: mentis,  
Nec sensu quæras abdita fata tuo.  
**Q**uicquid agis, superos animo uotoq; precare, &  
Implora uerum supplice mente Deum.  
**C**orporis ut uires unum confortat & auget,  
Sic animus addit robora Sermo Dei

Abdita

**A**bdita nil uirtus, nil cbarum proderit aurum,  
Suffossa oclusum quod male celat humus.  
**C**rebrus intersis studio rebusq; piorum,  
Consilio ut solido teq; tuosq; regas.  
**P**roffice continuo, paruis ita parua frequenter  
Adjiciens, magnas accumulabis opes.  
**S**cilicet egregio uiuax sudore paratur  
Virtus, uirtutem laus preciumq; fouet.

ELEGIA VI.

**H**is tua præceptis iuuenilia pectora muni,  
Et capiti imponent ferta decora tuo.  
**S**i uera adfectas cælestis gaudia uitæ,  
Despicias quicquid lubricus orbis habet.  
**V**ltima nunc adsunt, duro peiora metallo  
Secula, iam mundus nil nisi crimen alit.  
**N**ostrâq; non cælum, sed lucrû tempora quærunt;  
Ab lucrum, & quicquid uenter auarus amat.  
**T**u tamen esto bonus, nec rebus defice duris:  
Vera per angustum gloria pergit iter.  
**V**t te cunq; Deus fortunis uersat acerbis,  
Quicquid agis, firmo pectore latus age,  
**S**emper & humanis animum præponito rebus,  
Virtutis constans ut tibi cursus eat.

B 3

Ab

**A**h pereat, precio cæli qui uendit honores,  
Pròque fauore Dei turpia lucra capit.  
**C**um premat interitus mundum circumspice totum,  
Vitam anima æternam nescia moris habet.  
**N**os ergo illecebris mundi uanisque caducisq;  
Hanc hominis partem præposuisse decet.  
**N**utere delictum Christi iam morte piatum,  
Placatiq; iras effugisse Dei.  
**Q**uere Deum, fatique memor, uitæque futuræ,  
Iudicij extremum præmeditari diem,  
**N**e magnos terræ dominos, auroque potentes,  
Suspice, nec uano si quis honore tumet.  
**N**am Iouis ex æquo cum stabimus ante tribunal,  
Iudicij austeri uoce sonante tremant.  
**P**roferet extremum latitantiæ crimina fatum:  
Ergo age tu puro pectore uiue piè.  
**V**t primum exurges discusso mane sopore,  
Commenda summo teque tuosque Deo.  
**V**tq; suæ adspirent cælestia numina uitæ,  
Assiduus toto pectore funde preces.  
**F**ortiter adsuescas ad duros pectora casus,  
Læta sit in lucro quæ darur hora tibi.  
**O**neris impositi quoties sub pondere nutas,  
Abrumina uires exuperante tuas.  
**F**unde preces, superosque uoca, gratusq; memento,  
Quæ fuerit notii causa scopusque tui.

**Acrius**

**A**crius impellunt dubij pia pectora casus,  
Deuota miseri numina mente colunt.

**ELEGIA VII.**

**C**um fortuna tonat, luctusque minatur acerbos,  
Nec licet inuentis effugisse modis.  
**D**esperant alij, sua uel uenerantur idola,  
Obrutas humana plurimus arte perit.  
**N**os decet ex sacris solacia postulare scriptis,  
Infra etòque crucem corde subire grauem.  
**A**udendum est, quoties rerum te inuitat honestas  
Audendum est, fortes forsque deusque iuuat.  
**N**on semper duris testantur casibus iram  
Numina, Crux uersat sæpe probatque fidem.  
**S**æpe etiam stupidum grandes acuerit labores,  
Sæpe dolor uires ingeniumque iuuat.  
**E**rgo age perdura, fontesque inquire salutis,  
Haud ne tet longas fors odiosa moras.  
**P**ostquam creuerunt adstricta uulnera mentis,  
Iuppiter occultè iam tibi præbet opem;  
**E**t sensim tristi depellet nubila mente,  
Teq; saluiferis tollet ad alta modis.  
**T**u modo diuinis animam submitte regendum  
Legibus, arbitrio nec male uiue tuo.

**Pectore**

Pectore sis insons, & puro corpore castus,  
Hec nos efficiunt templa sacrantque Deo.  
Mores quemq; probant, fructu cognoscitur arbors  
Res solet authorem quaq; referre suum.  
Sis bonus atque humilis, sic te uirtusque Deusque  
Tollet in excelsum, constituetque locum.  
Amplas cernis opes, uires, & gaudia mundi,  
Hæc bene despicias si peritura scies.  
Viue deo, ualeat mundus, mundique uoluptas,  
Illecebris ualeat terra superba suis.  
Cautior ut degas, strictum iam dæmonis ensem  
Respice, lethiferis spicula tincta dolis.  
Cum sanctis tracta cœlestia, moribus autem  
Adiuescas, sanctum qui decuere uirum.  
Quæ pia sunt semper studeas audire, loquique,  
Res animum in Zelum pertrahet illa tuum.  
Ne male traducas ignaua per ocia uitam,  
Senior est fallax, & sine fruge labor.  
Noxia uirtuti est, uariorumque esca malorum  
Pigricies, luxu desidiosa suo.  
Cum bene cepisti, maturis uiribus insta,  
Ut summam ualeas impofusse manum:  
Ne si forte tuos turbet fortuna labores,  
In medio linquas optima cepta gradu,  
Ut uictor palma sanctos merearis honores,  
Continua cursus absque quiete tuos.

Nec

Nec te poeniteat duros tolerare labores,  
Ut refras operis commoda certa pijs.  
Virtutis proprium est tantisper currere, donec  
Præscriptum uitæ conficiatur iter.

ELEGIA VIII.

Mox ubi sentiscis tristem: tua uulnera: plagam,  
Admonitu debes iam uigil esse Dei.  
Nec mala quæ toleras, uerum tua crimina desce,  
Et poenam culpa te meruisse dole.  
Sume crucem, & perfer, uirtutes illa ministrat,  
Spina uelut niueas gignit alitq; rosas.  
Foemineos gemitus depone, flagrantior æquo  
Non debet magni pectoris esse dolor.  
Haud fera tempestas omnes graßatur in horas,  
Et manet ex multis una serena dies.  
Cum tua fors flenda est, aliorum respice casus,  
Sic mala fortunæ matius ipse feres.  
Exemplis discas patienter damna subire,  
Impete ne subito pectora fracta labent.  
Elige quæ pia sunt, fortunam uince ferendo,  
Ut bene coepisti, sic bene semper eas.  
Nec Satbanæ, nec cede malis, Virtutibus insta,  
Daret in æternis impetus ille moras.

C Infelix

**I**nfelix magnis liuor uirtutibus obstat,  
Inuidiam Vireus imperiosa premit.  
**S**i tibi deficiunt ad credita munia uires,  
Nec molem offitij sustinuisse potes.  
**P**rotinus ardenti caelestia numina uoto,  
Auxiliumq; Dei supplice corde pete.  
**Q**uemlibet omnipotens certo facit ordine sortem,  
Impositamq; sibi sustinuisse cruce[m].  
**I**lle tuos animos pariterq; & pondus acerbum  
Cernit, & auxilium quod ferat, unus habet.  
**N**on quenquã, quã ferre potest, magis aggrauat, ille  
Ponderibus uires efficit esse pares.  
**P**raua pium studium si consuetudo moratur,  
Sensim est opposito dissoluenda modo.  
**T**ransfer in æthereas sedes tua lumina, fumus  
Qui uenit est terris turbida corda ciet.  
**D**ilige sed puri puro quoque pectore Christum,  
Idq; saluiferum, quod iubet ille, puta.  
**C**hristicola quoties peragunt sacra publica, coetus  
Tu quoque pars huius quantulacunq; sis.  
**Q**uare Deum uere si uis te iungere sanctis,  
Crebrius & sacro participato cibo.  
**C**ælo postponas peritura gaudia uita,  
Et totus mundus quæ bona cunq; tenet.  
**G**loria quæ iustis animi uirtute paratur,  
Durat, & in nullos est peritura dies.

Eles

ELEGIA. IX.

**D**ulcius haud quicquã est uero nec maius amore,  
si tamen et pure suspicit ille Deum.  
**Q**uipe deum contra debes adplaudere nulli,  
Turpe est mortales antetulisse Deo.  
**D**efendit quicumq; malos, hos in seclus urget,  
Et se participem criminis esse facit.  
**O**bsequium si quis peccanti præstat amico,  
Aleerius noxæ se facit esse reum,  
**I**nstrue sed micis casurumq; erige fratrem,  
Quotidie uariè labitur omnis homo.  
**T**urpe est insontes mordaci rodere lingua,  
Letiferaq; pijs nec ferre fraude dolos.  
**I**n te conficti fueris si criminis insonis,  
Opprobrium fumos esse putato leues.  
**I**nuidiæ morsus patiens fer, noxaq; retro  
Obtreçtatoris per caput omne ruet.  
**A**rte sua impietas ipsam se sæpe peremit,  
Et mala mens proprijs est patefacta dolis.  
**T**u pius et lenis errantem corrige amicum,  
Præbebitq; aures cærens ille suas:  
**I**nque uiam ductus diuini lumine uerbi,  
Incipiet puro corde uidere diem.  
**N**il melius iungit, iunctos aut seruat amores,  
Morigeræ mutuis quã pietatis honor,

C 2

Fortunam

Fortunam mundi conferto umbraeque rota  
Semper enim lubrico fluctuat illa pede.  
Si cupis à fagro proprios arcerè penates,  
Conforti nunquam noxius esto uiro.  
Quippe qui utriq; sua dulces ab imagine notas  
Indidit, ad poenas damna dolosq; rapit,  
Dante Bionæ iustos proferendere, fontera  
Te male conficiti criminis esse facit.  
Durus in alterius mores inquirere noli.  
Si tu delictis altior esse cupis.  
Nam tua si penitus scrutaris pectora, cernes  
Quam multum multis turpior ipse fies.  
Væ tibi, cui tumidos distendit opimo sensus,  
Solaq; q tantum quæ facis ipse probas,  
Cum medicam ægroto curam promittis opemq;  
Vlceribus plenus tu miser ipse scates.  
Cum uariè incesis altis errataq; multis  
Obiectas, uicio prostratus ipse mades.  
Aut medeare tibi, corpusq; animumque repurga,  
Aut nulli medicas porrige stulte manus.  
Præfractè nullum obiurges, ne uindice Christus  
Inflatus statu deiciare tuo.  
Felicès, quorum placidas innoxia mentes  
Pax alit, et sanctæ simplicitatis amor.  
Crede mihi implexos sapientiæ uera relinquit,  
Subdola nec sacrum pectora flamen agit.

Elegia

ELEGIA X.

In stabilem mundi fortunam ludere cernis,  
In fraudes ne te turbet agatque, caue.  
Cum sis mortalis uitæ breuis atque caduca,  
Consilia ex animo pelle superba tuo.  
Ne male te oblectet quorum mox aterit usus,  
Neue hamos, esca pellicentis, iores,  
Etruat luxu multos obscæna iuudo,  
Blandidulisque doli insidiosæecat.  
Sed tu perge, pijs sudoribus itui ad astra,  
Perge, nec à cæpta dimouear uia.  
Dulcis imago Dei est uirtus, hæc sola perenne  
Nomen, in expletæ nescia moris, habet.  
Ne tamen ipse tuis te laudibus eube, testem  
Ipsum te uitæ sit satis esse tua  
Conscia sint recti tibi pectora, cælitus ille  
Mercedem certam qui benè uit, habet.  
Cum stas ante Deum cristas depono superbas,  
Et nihil hoc coram corde tumen geras.  
Iam prope finis adest, flagrumque pratur inertis,  
Mundabitque habitis mensibus nis agrum.  
Quare age, qui uariè nectis fraudenue dolumque,  
Teque oculos hominum fallere esse putas.  
Angelicos domini saltim uerere mstros,  
Quorum magna tibi copia semp adest.

C

Iudich

Iudicis æquatam timidus perpende bilancem,  
Et cuncti ex animo turpia pelle tuo,  
Ne mollem ducis ignaua per ocia uitam,  
Ocia ceu pestem, desidiâque fuge.  
Reddenda est domino manuum tibi pensa tuarum,  
Atque quibus fuerit uita peracta modis.  
Sic ergo degas, uorâ iudice Christo  
Intrepidam causam uictor habere queas.  
Non simul extincto noritur cum corpore uirtus,  
Sed meriti precium uiuida semper habet.  
Toga Dei est uirtus, ancipitius texe, tuisque  
Moribus ornato cœlipotentis eris.  
Omnia cum nobis sudoreque constant,  
Felix, quem curâ laborque fouet.  
O uita facies, ô gauisa summa futura,  
O bona per nullum eritura dies.  
Num quisquam æterâ fando magnalia uitæ  
Promere, uel lingua explicuisse potest?  
Quicquid alit tellus, quicquid natura creauit,  
Omnia uix blæ, fumus, et umbra sumus.  
Omnia consumenda rapit fortuna, diesque,  
Sanctorum munus stat sine fine decus.

Elegia

ELEGIA XI.

Fortuna infidus fugito, sed tempore duro,  
Virtutum imperio subdita fata rege.  
Nec sua casus uenientes mole fatigent,  
Instrue consilijs iam tua corda pijs.  
Maxima mortali generi est possessio, uincit  
Omnia quæ donis, Philoscobia, suis.  
Ast animos hominum puros sibi illa, grauesque  
Telluris curas uel precius angue fugit.  
Ocia quid sequeris? aderit cœterior ætas  
Mœrebit iuuenes sic perijt dies.  
Ocia multorum causa est, origo malorum,  
Ergo age continuus si tua uita labor.  
Sperne uoluptates, Tempora gaudia carnis,  
Nam multos uarijs impicere uolis.  
Si quis ad obscœnas propens, peccatore fertur  
Illecebras, usum cogitet esse breuem.  
Culpa sed è contra non tempore tollitur ullo,  
Pœnaque perpetuo suppliciumque manet.  
Si tibi diuitia, si blanda eunia crescit,  
Et præbet largas ante mensa dapes.  
Pauperie presium e durus despicere, summus  
Despiciat pariter ne tua uota Deus.  
Tempore quæ treunt, cœlum cum ulemus in altum,  
Quo nulli fas perpenetrare queunt.

Cætera

Cetera fortuna bona mors rapit omnia, scilicet  
Quas moxi dedimus, nos comitantur opes.  
Congeris in caelum, quicquid largiris egeno,  
Liberius Christus, qui bona reddet, erit.  
Contentus modico luxum fuge, ne mala finem  
Imponat uitae poena dolorque tuae.  
Parcus semper eget semperque adspirat auarus  
Ad plura, immensasque est miser inter opes.  
Quid male diuitiis uerbis, periturus in illis?  
Iratos superos semper auarus habet.  
Ne te per ueritas sperditescere fraudes,  
Diuina stabiles, rite parantur opes.  
In nos oculos uigilat sapientia fati,  
Euertit praecipua impia lucra Deus.  
Quid miser alterius propterea sudore saginas  
Corpus? inexploro ac omnia uentre uoratus?  
Quid carnem exhibens miserandaque uiscera fratrum  
Esuris? et que mox sanguine lucra petis?  
Impia pinguis, unde ieno membra labore,  
Et fouet inultus corpora foeda eibus.  
Donec terribili prope a potentia mortis  
Pinguis per stygium fœra mergat aquas.

Elegia

ELEGIA XII.

Ne tua sit cuiquam uirtus damnoue doloue,  
Nam meriti precium qui beneficis habet.  
Nulla sodalitiij iungas male fœderis a contra  
Christum, sed summa dilige mente deum.  
Ne quando illius conuictus uoce labascis,  
Obruat atque humeros poena inopina tuos.  
Materias toto tractabis pectore honestas,  
Id studium est uitae laeta prima pie.  
Infra despicias si gaudia quaris olympi,  
Nam nil diuini fœtida terra sapit.  
Et nunquam superum tangit domicilia, quisquis  
Turpia mundanae crimina carnis amat.  
Vulgus amat uentrem, famae nec nomina curat,  
Verus in excelsis pectore uiuit bonos.  
Dulcis amor famae est, recti calique cupido  
Regnat in innocuis imperiosa uiris.  
Vive Deo sancte, Virtutibus astra petuntur,  
Contentus paucis uiuito diues eris.  
Sed tu qui totus scelerato uentus in auro,  
Maiores captus semper auarus opes.  
Quid tua sollicitis astringis pectora curis?  
Tristitiaque animam conficis usque tuum?  
Quid facis? insomnes cur tot traducere noctes  
Non pudet? an uitam turpia lucra fouent?

D

Dum



Dum malè diuitijs in bias rebusque parandis,  
Immensusque auido pectore quæris opes,  
Ecce uenit iristis tacito iam proxima gressu  
Mors, ex infidijs te que tuosque petens.  
Quid tandè facies cum te Deus ipse uocabit?  
Cum cernes oculis horrida facta tui?  
Quid tibi tunc curæ, quid charum proderit aurum?  
Et qui iam tumido corde superbit honos?  
Quas male per fraudes, per mille pericula quæris,  
Eripiunt subito tempus & horror opes.  
Omnia linquuntur, nudus transibis ad orbem,  
Et fiet corpus uermibus esca tuum.  
Ergo age pone malis, quæ te male distrabit, artem,  
Pone graues curas, pectore pone dolos,  
Crede mihi quamquam longos sibi sudat in usus,  
Constitit et technas impius usque suas.  
Solutus habet certò uitamque Deumque fidelis,  
Solutus et immotus corda quieta gerit.  
Solutus qui domino fudit præsentia sensit  
Numina, et auxilium semper adesse Dei.  
Exitum intentet Satban licet undique, Christus  
Victor pro populis stat tamen ipse suis.

Elegia

ELEGIA XIII.

Heu malè uirtutes præsentia secula tractant,  
Heu malè nunc artes tempora nostra fouent.  
Quotus quisque hominū est, qui uiuit firmus et æquo  
Pectore qui sortem rectus utranque ferat?  
Cum fortuna fauet plures cumulantur amici,  
Inuenies paucos si tibi dura tonet.  
Ac ueluti rapidis agitantur folia uentis,  
Sic uaria dubius sorte mouetur amor.  
Sed pia quem solido finxit doctrina labore,  
Semper hic immoto pectore firmus agit,  
Cum res sunt trepidæ, cum casum facta minantur,  
Turpe laborantem deseruisse domum.  
Te decet adstricto semper, dum uiuis, amico.  
Qualibet auxilium parte tulisse tuum.  
Res duras patiens, & firmo pectore suffer,  
Regia uincenti quippe corona datur.  
Aspera dulcescunt, inerrita dummodo uirtus  
Ornet, & aduersum temperet ipsa malum.  
Vera solet multos pietas tolerare labores,  
Sed certò sarcit singula damna Deus.  
Sed tu qui soli semper tibi uiuis auare,  
Et propria spectas emolumenta rei.  
Siccine perpetuis peccatis cruciabere curis?  
Et querulis animis uocesq; pauperum cibus

D 3

Non

**N**on quia pauca tibi sapiens fortuna ministrat,  
Sed quia plura cupis, pauper inopsq; manes.  
**P**lura cupis, semperq; animum testaris auarum  
Infacilibus sollicitudinibus,  
**S**ite damno se nunquam requiescere curæ,  
Contentamue tua uiuere sorte sinunt:  
**N**equicquam occulsi tibi pondera congeris auri,  
Horrea ne quicquam tu tibi fruge repleas.  
**E**st opibus finis, est et pia forma parandis,  
Diuitijs certum dy statuere modum.  
**P**rincipio modicum semper, quantumq; necesse est,  
Vt sibus ingenuo quare labore pijs.  
**Q**uod satis est, satis esse sinas, nec turpiter aurum  
Corde superuacuum luxuriante petas.  
**D**einde tuum certa pectus ratione gubernas,  
Sis bonus & cuiquam uelle nocere caue.  
**O**mnibus, ut fortuna finit, prodesse memento,  
Aeternoq; plus uiue studeq; Deo.  
**P**ræterea innocuos quæ fors tibi cunque labores  
Vertit, hanc animo tu tibi latus habe.  
**P**ulebra est pauperies, diciq; meretur honesta,  
Quæ facilis nobis & bene culta uenit.  
**Q**uin neq; pauper is est, qui sortem latus ad omnem,  
Quod præsto est, bilari pectore ferre potest.  
**N**am quicquam pauperies nullo grauare onere, diues  
Permanet, & summis non caret ille bonis.

Sed

**S**ed nulli tranquilla potest contingere uita,  
Corde nouas audio qui malè querit opes.

ELEGIA XIII.

**D**elicias, & opes, & auari gaudia uentris  
Despicias facile, si peritura scias.  
**D**editus ille cæbris iam nunc Epicurus, & auri  
Munere luxurians, ut rosa uerna rubet,  
**E**xiguam interpone morem, & post paulo uidebis  
Conuersam in nihilum, quæ fuit ante rosa.  
**S**iruit & uitij frater mille laxat habenas,  
Admone cum pœna iudicijq; Dei.  
**A**lterius tristem mæsto fer pectore casum,  
Ludit, & inconstans Sors uagabunda firmit.  
**E**ximia est uirtus aliena sorte moueri,  
Et damno fratris condoluisse sui.  
**H**ac motus bonitate alti Rex summus olympi,  
Auxilium ætherea lapsus ab arce tulit.  
**N**e chari nimium deploras funus amici,  
Nam pariter cunctis illa terenda uia est.  
**Q**uin quo quisq; prius uita bene transigit æuum,  
Ocyus hoc alys ille beatus erit.  
**E**xpectare iubet, sed libere & absq; timore,  
Extremum uitæ: Philosophia: diem.

D 8

Quos



Quoslibet ex æquo mortali semine natos  
Mors sibi subiectos, & dolor omnis habet.  
Sed si quis patiente suos firt corde dolores,  
Maxima pro luctu gaudia sæpe capit.  
Ipsunte explorans, quis sis te iudice disce,  
Iratuq; tibi desinet esse Deus,  
Ne sis uindictæ cupidus, nec cede furori,  
Sed Christum iusti iudicis instar habe.  
Pœniteat scelerum peccatumq; exue, Christus  
Et iubet & uicium ponere posse facit.  
Erigit illa fides titubantia pectora, nosque  
Efficat ut simus dulcis imago Dei.

ELEGIA XV.

Obsequiis concrescit amor, durissima sæpe  
Obsequio uerus pectora uincit amor.  
Rara fides adeo est, quæ nulla territa sorte:  
Fortunam constans inter utranque manet.  
Nil prodesse iuuat prauis, ingrata malorum  
Immemor accepti mens solet esse boni.  
Quicquid etiam inuenies, qui noxia multa reponet,  
Nescit & hostiles pro pietate dolos.  
Ne captes auidè certis incerta relictis,  
Neu dubiam pretio spem male sanus emas.

—Stringitur

Stringitur implicitum prædura compede membrum,  
Sed mentem uinctam sollicitudo tenet.  
Tu tamen hanc animo studiose submoue pestem,  
Occultis Sathana ne captare dolis.  
Viue deo, tristis esq; piè miseratus egenos,  
Accipias animo liberiore bonos.  
Iustus est, gelidæ qui pocula porrigit undæ  
Quiq; mopem tenui, cum licet, arte iuuat  
Quid si quis sanctos se totum ponat in usus  
Pauperibus hac manus quid queat esse fide?  
Ne male ditescas mopum commotus amore,  
Quippe deo iusti munera sola placent.  
Pauperibus laturus opem, tua propria sparge,  
Zizania coram sunt aliena Deo.  
Vt si forte aliquis alienum stercoret agrum,  
Et sua in alterius femina condat humo.  
Sic male qui rapto diuinum numen honorat  
Munere, nequicquam fata Deumq; colit.  
Sæmna ne scelerum spargas, nam tempora mæstis  
Adsunt, agricolæ qui probet, ignis erit.  
Ex nostris uicis Stigij dominator auerni  
Nos contra causam materiamq; rapit:  
Hicq; armis solito de more potenter abusus,  
Excitat inuicta bella cruenta manu.  
Frangere qui uires tanti desiderat hostis,  
Protinus abijciat quod male trimum habet.

Et dicit

Nam sic exutus Sathan pernicious alis,  
Pascet ut implum. is nisi riu. erit.

ELEGIA XVI,

Vae tibi, qui duro pietatem è corde recludis,  
Nec superos ulla religione colis,  
Cum Phœbus totum radios illuxerit orbem,  
Impius in tenebris lumina cæca geres.

Vae blasphemæ tibi, nam iudicis ante tribunal,  
Quo defendaris nil male sanus habes.

Vae scelerate tibi, Christus quo tu malè tendis,  
Iustus in æthereâ legifer arce sedet.

Vae lucri cupido, quia post tua tristia fata,  
Æterni absument impia membra facies.

Vae qui desidia uitam profundis inerti,  
Olim mærebis sic perisse dies.

Vae tibi qui tumido gestis abdomine uentrem,  
Mox penam luxus in gluuicique dabis.

Esuriente nigrum stomacho transibis ad orcum,  
Obrutus æterna te cruciante fame.

Vae qui corde tames, mox scæda sepulchra subibis,  
Et nimium serò, qui sis, et unde, scies.

Vae scortatori, stolam dum crimine scæda,  
Pellitur è sancto deijciturq; thoro.

Vae

Vae famulis è Bacche tuis, en pocula linquent,  
Moxq; sitim tecum suppliciumq; ferent.

Vae tibi, qui fratrem dictis proscindis amaris  
Tu quoq; mox penam tanquã homicida lucis.

Impius in fonti fraudes dum nectitat hostis,  
Se sæpe inuento conficit ipse dolo.

Vae tibi, quem turpi delictat crapula luxu,  
Mox feriet iugulum mors inopina tuum.

Dum uentri incumbis, tacito consumeris auo,  
Vtque dies celeres sic tua uita perit.

Vae hypocrita tibi, nam cum sua pabula pastor  
Subtrahet, ostēdet pellis ouina lupum.

O uerè felix, è terq; quaterque beatus,  
Angustum in uocuo qui pede carpit iter.

Namque coronatus uitæ uirtutibus actæ,  
Suprema è terris arduus astra petet.

Felix, qui potuit contentus uiuere paruo,  
Nec se sollicitis conficit usque malis.

Felix, cui satis est humili re quiescere lecto,  
Et placidè tuto ponere membra thoro.

Felix, delicias mundi qui calcat opimas,  
Contra hostem statuet sancta trophæa suam.

O bene felicem, uigili qui pectore fundit  
Pro rebus sacris nocte dieq; preces,

Totus et incumbit sancto uirtutis amori,  
Non unquam in mortem concidet ille malam.

B

Epi

EPIGRAMMA  
TA EIVSDEM.

NE PÆDAGOGI PLAGOSE  
tractent pueros.

Qui tenerum imposta puerum moderaris habens,  
Non ira celeri, sed ratione rege.  
Imbue sed sensim placidis iuuenilia Musis  
Pectora, successu sic bene crescet opus.  
Vt si quis certos animantia format in usus,  
Parère astuta mitior arte facit,  
Dulcibus horreat ur verbis monituque magister,  
Atque rudem leni uerbere fingit equum.  
Sic tu, dum tenera puer est cruce, benignè  
Mollia præceptis instrue corda bonis.  
Blandulis hortare modis, nec protinus ira  
Seuiat, et ferula uindice tractet opus.  
Mollia perpetuis durefcunt corpora plagis,  
Assuetus stragro, nil nisi cæsus aget.

IN DOCTOREM QVENDAM  
Italum, superbè ambitiosum.

Cur tanto frustra conamine niteris altos  
Nunc capiti titulos impoisse tuos?

Cur

Cur miserè liuens urit tibi gloria pectus?  
Ventosaq; animos ambitione foues?  
Fallitur humanis quicumque uenatur honores  
Viribus, aut fidi fraudibus atque dolis.  
Nemo potest quicquam proprio sibi sumere Marte,  
Munifico uix ax à loue uenit bonos.  
Qui deus æthereis de sedibus omnia cernit,  
Ac fouet arbitrio cuncta creata suo.  
Ille uocat quemcumque lubet, certa q; scòrsim  
Sorte creatur, is nomini busq; regit.  
Nunc bene fortunans miseris extollit in altum,  
Tradit et exulibus regia scepra uiris.  
Nunc alios contra titulis auroq; tumentes,  
Deiçit, et dotes reppetit ipse suos.  
Non multo omnipotens patitur regnare supbos,  
Tempore, per præceps protinus alta trahit.  
Donec in exemplum reliquis submissa gerebat  
Pectora, rex Saulus nobile nomen habet.  
Laudibus euebitur donec nulla ardua tentat,  
Osseruat que sui uerba sacra ta Dei.  
Viribus at postquã proprijs ac nomine fretus  
Imperat, et temerè quod lubet, au let opus  
Postquam expressa Dei uiolauit iussa supbus,  
Et sibi clam ueit, is accumulauit opes.  
Offendit dominum, moxq; omni exutus honore  
Corruit, ac titulis excidit ipse suos.

B 2

Er20

**E**rgo age, si superis optas bene uiuere gratus,  
Fortunaq; cupis prosperiore frui,  
**C**ælitus expecta titulos, et cuncta salutis  
Dona stude soli contribuisse Deo.  
**Q**ui sua per uetitas exaltat nomina fraudes,  
Per præceps proprio corruiit ille dolo.

### IN HYPOCRITAM.

**S**ic me ad immensos tumidè spirabis honores?  
Sic me per fraudes nomina summa petes?  
**S**ic titulis ridere nouis, atque omnia falsò  
Fingere, quo tandem quod cupis esse queas,  
**O**re aliud profers, aliud sub corde uolutus,  
Ut tibi dum prosis, quemlibet inficias,  
**S**i quis te fortassis adit, scis reddere uoces  
Mellifluus, dulcis prodit ab ore sonus.  
**N**il nisi frater habes, frater tibi semper in ore,  
Omnia sunt uerbis semper amica tuis.  
**S**ed mihi si paruà detur contingere rimam,  
Atque animos penitus cernere posse tuos.  
**A**b quantæ recubant falso sub pectore fraudes?  
Quanta doli moles, insidiæ que latent?  
**I**mpie num speras te fata latecè tuosq;  
Non unquam in luccem posse uenire dolos.

Falleris

**F**alleris, est stabili qui digerit omnia nutu,  
Omnia qui firmis tractat agitq; modis.  
**I**mmensum rapido qui cælum flamine uersat,  
Et cogit leges sidera summa pati.  
**I**lle tuo scelere fixit (certo ordine) metas,  
Et quam dissimilis sis tibi, testis adest.  
**T**olle tuos oculos, et mentis lumina, sumum  
En tibi fulminibus cernis adesse Deum?  
**C**onscia nonne tibi tories iam pectora mouit?  
Pectora te contra quæ furiosa sonant,  
**S**ed nequit in cæco uires medicamen habere,  
Nec redit herbarum mortuus ullus ope.  
**S**ic tu non ulla pergis medicabilis arte,  
Semper in exitium subdole perge tuum.

### RATIO VITÆ AC TEM- poris habenda.

**P**ræteriti penitus reputo cum temporis æuum,  
Cum subit ab quo sit uita peracta modo.  
**E**t quoties sanctos, te te pater optime, uultus  
Offendi studijs criminibusque meis.  
**N**on secus obstupeo, quam qui submersus in undis,  
Viuuit, et est uitæ nescius ipse suæ.  
**A**ut qui pro scelere admissio crudelia fata  
Cernit, et ad pœnas iam moriturus abit.

B 3

Sic

Sic miser horribili presentis imagine mortis  
Exanimor, sensu deficiente meo.  
Sæpe mihi subeunt ingratae tedia uitæ,  
Et uoto poenam fataque tarda uoco.  
Sed frustra hæc agito: frustra præcordia cura  
Anxia: iam misero nil ualitura: tenet.  
Nemo potest ullam transacti temporis horam,  
Aut semel elapsam restituisse diem.  
Transit et est ætas nulla reparabilis arte:  
Continuò cursu tempus ut unda fluit.  
Ne tamè et posthac moeror quoque crescat acerbus,  
Et mihi perpetuò poena luenda fiet.  
Dum licet adnitar quæ restant tempora uitæ,  
Rectius & mores instituisse meos.  
Tu pater omnipotens adspira, ut pectora sanctus  
Spiritus ætherea misus ab arce iuuet.  
Vos monco pueri donèc Virtutibus ætus,  
Et Musis uita est commoda uestra sacris,  
Custodite animus & nullam turpiter horam,  
Nullum delicta perditæ queso diem.  
Nullus iactura rei preciosior unquam,  
Quam malè præteriti temporis esse potest.

MAGNIFICVS D. STEPHANVS  
MAYLAD, Comes Transyluaniae, perfide  
sub induciarum pactionibus captus à  
duobus V Vayudis, altero Molda  
uiæ, altero Bulgariae, Et à  
Turcis in perpetuam cap  
tiuitatem abductus.  
Anno M. D. XLI.

Bisthonijs quondam qui formidabile nomen  
Genibus, & patriæ gloria spesq; sui.  
Nunc ego sedifrago nimium malè credulus hosti,  
Incurri Gethicis præda petita manus.  
Quiq; armis potui decus immortale mereri,  
Perfidia captus uincula dura gero.  
Exemplo monitus fuge Turcica fœdera, nescit!  
BARBARA Gens regnù præposuisse fidem.

IMPRESSVM IN  
INCLYTA TRANSYLVANIAE  
CORONA.

ANNO M. D. XLIIII.

MEDICINA ANIMAE,  
TAM IIS QUI FIRMA, QUAM  
qui aduersa corporis ualetudine  
præditi sunt, in MORTIS ago  
ne, & extremis his periculosissi  
mis temporibus maxime  
necessaria.

**M**ORBI CORPORA infestan  
tes, & mors hæc corporalis,  
ingenti pauore concutiunt a  
nimos nostros, adeo ut etiam  
adeorum mentionem sepe inhorresca  
mus. E quidem natura humana quæ mauult  
non esse, quàm male esse, non potest non  
cum mala hæc ingruunt, exalbescere ac  
dolere. Verum enim uero Animæ morbo  
eiusdemq; morte nulla atrocior, nulla hor  
ribilior, nulla immanior calamitas homi  
ni accidere potest. Nemo non horret, ne  
mo non uelis equisq; fugit, & execratur  
supplicia, ærumnas, morbos & mortem  
hanc corporalem: sed multo magis horû  
malorum causas, uidelicet peccata, & no  
xam, declinare & euitare, Deique iram  
quam tot offensionibus in nos, cõcitamus,  
metuere deberemus.

In parum



*Animæ  
by p...*



## Medicina

IN parum commoda corporis affecti  
ualetudine, confestim ad medicum curri-  
tur, nullis hic sumptibus parcitur, omnia  
uitæ salutis postponuntur, multo argento  
remedia & antidota comparantur, quo  
terrenum hoc uasculum & breui post ta-  
men collapsura testa resarciatur. Cur non  
pari studio & sollicitudine aduersus Ani-  
mæ morbos, longe grauiores atq; pericu-  
losiores, remedia conquirimus expetimus  
que? Quid enim utilitatis caperet homo,  
si totius quidem mundi opibus afflueret,  
continuosq; mille annos uiueret, perpetu-  
is & exquisitissimis uitæ huius uoluptati-  
bus perfrueretur, nec ullis morborum alte-  
riusue calamitatis molestiis infestaretur,  
sed tamen Anima interim exitiali peccato-  
rum culpa atq; ueneno infecta, satanæq;  
tyrannide oppressa, Deum haberet iræ-  
tum, ut certo certius sciret se æternam cū  
corporis, tum animæ mortem & damnati-  
onem post uitæ huius exitum subiturum? Ideoque  
**CHRISTVS** monens nos, Vigila-  
te, inquit, quia nescitis diem, neque horā,  
in qua filius hominis ueniet. Ac ne postha-  
bitis potioribus longeq; utilissimis, leuia,  
friuola, uiliq; persequeremur, monstrat  
compensat

## Animæ.

compendiosissimam certissimamq; & tu-  
tissimam ad ueram felicitatem peruenien-  
di uitam, ubi inquit: Querite primum reg-  
num Dei & iustitiam eius, & omnia adiu-  
uentur uobis. Dies noctesq; torquent, fa-  
tigantq; nos curæ uictus, stabiliendarum-  
que opum nostrarum, aliarumq; sepe eti-  
am futurorum & caducarum fluxarumque  
rerum quæ parua nos iuuant, imò nonnun-  
quam etiam grauissimarum calamitatum  
et teterrimorum uitiorum causa sunt. At  
in querendis comparandisq; bonis celesti-  
tibus, quid nobis socordius, quid negligē-  
tius, quid incogitantius, quid stupidius?  
Quæ quæso potest esse cecitas et demen-  
tia horribilior? Dum agimus uitam inco-  
lumentem, uix unquam de futura illa uitæ,  
de que morte hac nostra temporali uel leuis  
cogitatio animis nostris obrepit. At, ubi  
decumbentes morbo conflictamur, mor-  
te iam fores pulsante, cum standum in acie  
ac pugnandum est, ibi tum demum de ar-  
mis contra Satanam sumendis, deq; uitæ no-  
stræ emendanda cogitamus. Hæc satis ar-  
gumento sunt, nos ualde imbecilli tenuiq;  
fide præditos esse, parumque in militia  
Christiana exercitatos. Deus misereatur

## Medicina.

nostri. Amen.

*Si vitas apper  
ad respiciendum*  
SED enim omnis est ad respiciendum  
et as apta, nullaq; pœnitentia fera est, mo-  
do ante huius uitæ exitum agatur. At cõ-  
sulo moneoque etiam atq; etiam, ne quis  
pœnitentiæ actionem in hunc postremũ  
longeq; acerrimum agonem, procrasti-  
net differatq;. Aegre enim etiam ij, qui in  
columnes & ualidi per omnem uitam ad  
hanc emigrationis horam muniere atq;  
instruxere sese, subsistunt, seq; magno ne-  
gocio uix ab hostis illius longè crudelissi-  
mi atque astutissimi insidijs, technis, ma-  
chinis insultuq; tuentur. Quid ijs fiet, qui  
omni timore Dei uacui, & pœnitere nel-  
cij, fœdam, dissolutam, & perditam uitam  
uixerunt? quomodo queeso dimicabunt  
quomodo resistunt?

IAM uerò cum ingens passim hominũ  
uis & multitudo sit, cumq; ministri Euan-  
gelij non præsto sint ubique, nec suam o-  
peram omnibus semper dare possint, nos  
animo bono pioq;, ad omnes iuuãdos pro-  
pensissimo, rationem & formam hanc cõ-  
solandi, instituendi atque monendi ægro-  
tos ex uerbo Dei collectam conscripsimus  
in eorum maxime gratiam, qui rudes ad-  
huc, nec

## Animæ

huc nec ad huiusmodi casus sacrarum lite-  
rarum sententijs instructi sunt, ut præle-  
ta hæc audientes, spem & consolationẽ  
solidam uerãq; concipiant, ne in mortis  
agone longè acerrimo animum despo-  
dentes, succumbant, pereantq;.

Fidẽ summopere ægroto neces-  
sariam, ad perferẽdos corporis  
dolores tentationesque qui-  
bus obruitur.

HOMO itaq; morbi grauitate lecto affi-  
xus & de uita periclitans, uarijs graui-  
busq; tentationibus, quibus cum illi depu-  
gnandum est, impetitur, obruiturq;. Ac  
primum omnium acerbissima hæc & gra-  
uissima tentatio est, cum uersante ad ocu-  
los tristissima mortis imagine, cogita-  
mus, uitæ huius lucem iucundissimã et gra-  
tissimam, omnesq; uel cognatione uel ne-  
cessitudine aliqua iunctos, breuiter omni-  
a hic charissima & suauissima relinque-  
da esse. Mox & peccata, aduersus Dei  
uoluntatem & mandatum à nobis admi-  
sa, offerunt sese, magnoq; impetu irruen-  
ta planè renouantur & recrudescunt,  
multoq; uidentur plura atque atrociora

A 3 quã

*Fides ægroto  
necessaria  
primis.*

*Hic ægroto  
in tento. s. mor-  
tis imago tristis*

*2. Pœnitentia  
suã ad hunc locum  
deq;*

## Medicina

quàm uisa sunt antè uaquam, mirificeque  
conscientiam exeruciant, diuexant & an-  
gunt. Hic Mors, iudicium diuinum, Infer-  
nus, Damnatio, Metus & Pauor, quasi ag-  
mine facto, ueterem hominem nostrum im-  
petuosissimis & turbulentissimis grauis-  
simorum dolorum terrorumq; procellis  
perturbant, acerrimisq; anxietatum tri-  
stitiaq; arietibus pectora quatiant oppu-  
gnantque.

IN his agonibus, nisi fide magna &  
constante firmatum fuerit pectus nostrum,  
periculum erit, ne multitudine & magni-  
tudine tentationum defatigati, atque las-  
ciscati, animum despondeamus. Videns  
tur enim ea, quæ egrotantibus nobis oca-  
currunt, multò horribilissima atq; atro-  
cissima, idq; nulla alia de causa, quàm quod  
nutat & ualde exigua est fides nostra,  
nec dum etiam tanta, ut uerbo Dei fisa, ap-  
prehendere possit immensas illas & inef-  
timabiles filiorum Dei opes & diuitias,  
uidelicet, remissionem omnium peccato-  
rum per CHRISTVM, carnis resurrecti-  
onem, exoptabile & dulcissimum illud o-  
nium electorum sodalitiū, uitamq; æter-  
nam, atque omnia hæc in CHRISTO & pro-  
pter

## Animæ.

pter CHRISTVM donata.

IN his fidei nostræ articulis quotidie  
nos exerceremur, hos apud animum dili-  
genter uolutos expensosq; nobis insigere  
mus. Frequenter etiam Synaxim seu Men-  
sam illam sacrosanctam accederemus, sed  
antè explorati, diligenterque informati  
preparatiq; ne illotis manibus & animis  
augustissimum Eucharistiæ sacramentū  
tractemus. id enim in primis cauendū est.

DOLENDUM profectò & indignum,  
quòd multos iam annos, parum pro digni-  
tate, irreuerenterq; sacramentum hoc cor-  
poris & sanguinis Iesu Christi tracta-  
tum atque administratum, adeoq; à qui-  
busdam Hereticis extremè contemptum  
est. Quàm grauius, quàm horribiliter  
hic peccatum sit, presentes pœnæ satis te-  
stantur, idq; Paulus prædixit I. Corint.  
XI.

Mirum profectò & ingens pignus su-  
mi amoris erga nos summæq; misericordi-  
æ, quòd hac ipsa cœna testatū uult quod  
seipsum nobis impertiat, quòd nos sibi ad-  
iungat tanquam membra, ut sciamus nos  
ab eo diligi, respici, seruari. Ita piæ men-  
tes statuunt, CHRISTUM efficacem in nobis  
A 4 esse.

*3. In iudicium  
diuini et dani-  
tio. 7.*

*In agone fidei  
inexpansio 7.*

*Exta tempore  
in  
quibus se offerunt  
quales s.*

*Deo p...  
contemptu  
inimicis*

## Medicina

esse. Vtinam huius tanti muneris magnitudinem animo contemplari disceremus, ut grati essemus, & cum fidem erigeremus, tum uerò expauesceremus etiam, & cogitaremus, quantum habeat ingratitude sceleris, quam horribiles poenae tanti mysterij prophanationem secuturae sint. Nec existimandum est minas illas grauissimas quae sunt apud Paulum, irritas esse. Deus enim uerax est. Et certe arbitror maximam partem publicorum malorum his postremis temporibus imputandam esse huius sanctissimi muneris prophanationi. Saepe itaque summo pietatis studio ac religione Mensam hanc accedamus, ut caelesti illo animae cibo recreatis ac rescillatis animis nostris, fides & charitas in nobis augeatur & roboretur.

### Articuli fidei ab aegrotis diligenter expendendi.

Porro omnes quidem fidei nostrae Catholicae articulos semper apud animos nostros tractare & meminisse debemus: sed in mortis agonibus maxime diligenterque expendendi & inculcandi nobis sunt quatuor, uide licet, de Ecclesia Sanctorum, de

Remissione

## Animae.

Remissione peccatorum per Christi sanguinem, de Resurrectione carnis, & de uita aeterna.

### Morbi quare à deo nobis immittuntur.

**V** Tigitur mors peccati poena est, ita etiam morbi sepicule nobis immittuntur à Deo ob peccata nostra. Id quod multis scripturae testimonijs clare patet. Ioan. 5. Psal. 88. Deuter. 28. 2. Reg. 24. Affligimur etiam non raro, ut fides nostra probetur. Nam tum demum uidere est quam amemus Deum, quantum illi fidamus, cum cruce aliqua graui premimur conflictamurque. Hic itaque ante omnia uide, ut toto corde, mente & sensibus omnibus ad Deum conuersis, non simulanter agas poenitentiam: utque coram Deo deplores & confitearis peccata tua, ob quae uel iustissimam Dei iram & poenam grauissimam promeruimus omnes. Vberissimam autem consolationem, & absolutionem, quam uocant siue remissionem peccatorum, quam in Ecclesia instituit Christus, petes ex Euangelio Ioannis, cap. XX. Hic thesaurus immensus quotidie tibi recluditur offerturque. Accipite, inquit Christus, spiritum

A 5 sanctum.

## Medicina

sanctum. Quorumcunq; remiseritis peccata, remittuntur eis: quorumcunq; retinueritis, retenta sunt. Iam ubi ueniam delictorum orauimus atq; impetrauimus, haud dubie etiam poena & morbus siue afflictio incumbens, uel cessabit, & missos nos faciet, uel pro longe optima Dei uoluntate in salutem & grotantis cedit.

HOC enim tibi persuasissimum sit, nihil de hoc dubitaueris, quia ea poena siue crux (ut maxime uideatur graue iugum et onus carni) uirga sit uere paterna, qua Deus te filium ad se inuitatum allectumq; a peccando retrahit auocatq;. Certe ardentissimo amoris affectu complectitur nos Deus, ex animo bene uult nobis, omniaque facit in hoc ut nos emendet, ut nobis proficit. Quem enim diligit, corrigit, eumque hic castigat & affligit, ne post hanc uitam aeterno gehennae supplicio torquetur. Nec haesitabis, sed certissime tibi persuadebe Deum esse patrem tui amantissimum & cupidissimum, ut maxime iratum se simulauerit. Non tyranni & carnificis, sed patris haec est unica nos amantis ira, qui non uult ut perdamur, sed ut emendati resipiscamus & salutem consequamur.

Hoc

## Animae.

Hoc quouis oraculo Delphico certius est, si modo nos tam exigua fide praediti credere possemus. Primum omnium itaque pete ueniam & remissionem omnium peccatorum tuorum, sed per CHRISTUM, sed corde uere poenitentiam agente, ut bene tibi cum Deo conueniat, ut eum tibi conciliatum & propitium habeas. Hinc potes etiam petere ut te ab urgente afflictione liberet. Sic docet nos Ecclesiasticus, capite XXXVIII: Fili, inquit, in infirmitate tuane despicias te ipsum, sed ora Dominum & curabit te. Sic orat & Psal. LXXIX: Ne memineras iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiae tuae. Adiuua nos Deus salutaris noster. Domine Deus uirtutum conuerte nos, quousque irasceris? ostende faciem tuam & salui erimus.

Primum orat remissionem peccatorum, ut per gratiam Dei iustificetur, deinde deprecatur iram Dei. Et tu orans liberationem & leuationem a cruce te premente, semper addes hanc appendicem, Fiat uoluntas tua longe sanctissima & optima. Neque enim melius nobis consulimus quam fidissimus ille & infinita potentiae,

*Infirmi  
deponit  
in uia  
ad Romam  
ho pitor  
impiorada.*

*Esto  
palmit*

*Alpha  
ho.*

## Medicina

tie, sapientie & bonitatis inexhausta Pa-  
ter noster, qui oculos suos nusquam auer-  
tit à nobis, nostriq; curam summa sedulita-  
te agit, qui pilos capitis nostri numera-  
tos habet, qui omnia uiuificat, uegetat, so-  
uet, tegit, alit, seruat, tuetur, qui omnia  
habet prouidet & prospicit multo magis  
& melius quàm creaturæ etiam optare  
possent.

Tria sunt quæ in mortis agone  
grauissimè & crudelissimè nos  
excrutiant, ingentique terrore a-  
nimos nostros conturbant, Pec-  
catum scilicet, Mors, & Infernus  
seu Damnatio.

## PECCATVM.

**P**ECATA in quibus uitam nostram  
perditè sceleratèque transgimus,  
quibus & Deum & proximum nostrum  
grauissimè offendimus: hæc cum ueniunt  
nobis decumbentibus in mentem, maximo  
pauore & dolore afficimur: quemadmo-  
dum Paulus inquit Rom. II. Indignatio  
& ira, afflictio & anxietas, aduersus om-  
nem quiniã hominis perpetrantis malũ.

## MORS.

Adam

## Animæ.

*Caro nra.*  
*in illi moris*

**A**DAM & caro nostra inuitissima mō-  
ditur. Ingruente igitur morte, ingen-  
tibus doloribus, & anxietatibus, quas nul-  
la lingua explicauerit, cor huminum con-  
quassatur debilitaturq;. Formidolosa es-  
tim natura & psychicus homo noster, mi-  
serè metuit ne semel mortuus & defossus  
in terram, nunquam redeat & reuiuiscat,  
iamq; secum actum esse putat.

## GĒHENNA ET DAMNATIO.

Hæc cum incurrunt in oculos, ibi demũ  
metuit homo ne prorsus à facie Dei reijci-  
atur, nihilq; uidet aliud quàm æternam  
mortem. Hic animis opus est, opus est hic  
pectore firmo, ne ullus pusillanimitati &  
desperationi locus detur. O clementissimè  
Deus, o indulgētissime pater, da que  
so & iuuat, ut adhuc bene ualentes & in-  
columes timorem tui discamus, uerbum  
tuum colamus & amemus, te scopum om-  
nium actionum nostrarum nobis prefiga-  
mus, utque huius acerrimi agonis semper  
memores, nos muniamus, & armemus ut  
feruemur, ut pij & tui timentes omnia no-  
stra ad tuam gloriam dirigamus, & tan-  
dem uita æterna potiamur. Amen.

Cum peccata conscientiam agi-

tant &

Medicina  
tant & angunt quid agendum.

**C**ogita quod Dei filius e caelis demis-  
serit sese ad infima, homoq; factus,  
tua totiusq; mundi peccata sibi imposue-  
rit, proq; ijs in cruce ultro mortem oppe-  
tierit, pro ijs omnibus satisfecerit, grauis-  
simas nostro nomine poenas depedes. Hic  
sanguis Christi pretiosissimus propter  
tua etiam salutem profusus est: huius mor-  
tis & tu particeps es, si modo credideris  
CHRISTUM aequè pro te atque pro Petro  
& Paulo mortuum esse. Nec quicquã du-  
bitare debes, quin tam tibi quam Paulo  
sit mortuus. Es enim in CHRISTI mortem  
baptizatus. Hoc te solari, hoc animum eri-  
gere ac firmare tuum debet. Nam cum sis  
in Christi mortẽ baptizatus Christi mors  
tibi salutẽ opemq; feret, per Christi mor-  
tem peccatis morieris, per Christi mortẽ  
peccatorum remissionem omnium non du-  
biam accipies, deinde per CHRISTI mortẽ  
in nouam & aeternam uitam resurges. Ba-  
ptismus enim foedus & gratie fauorisq;  
diuini pactum & signum est, in quo Deo  
conciliatus es, ut per eum letam & tran-  
quillam conscientiam habeas, propter re-  
misionem peccatorum per resurrectio-  
nem Chri-

Anima.

nem Christi. Certe & tibi loquitur Chri-  
stus in institutione coene suae, ubi profite-  
tur testaturq; sanguinem suum in remis-  
ionem peccatorum profusum esse. iam ita  
que ut maxime uitam non per omnia in-  
nocentem nec ab omni parte puram uixi-  
sti, non est quod desperes, sed nulla facta  
mora indefinenter nomen Domini inuoca  
& saluus eris. Rom. X. atq; in hac uerba  
prorumpere: O clementissime Deus, o pa-  
ter omnis misericordiae, pater Domini no-  
stri IESU Christi sis propitius mihi pecca-  
tori, ser celerem misero commiseratus o-  
pẽ, propter acerbissimam illam, sed pre-  
tiosissimam passionem & mortem IESU  
Christi unigeniti filij tui, redemptoris &  
seruatoris unici, Amen. Ne intres Domi-  
ne in iudicium cum seruo tuo, ne me tra-  
ctes pro meritis meis, nec secundum ini-  
quitatem meam facias mihi, sed propter  
infinitam & inexhaustam bonitatem atq;  
misericordiam tuam suscipe me. Misera  
ego & imbecillis creatura in manu tua,  
tui iuris & in ere tuo sum. O clementissi-  
me, o maxime Deus, O indulgentissime pa-  
ter, ne me destituas, ne miserum me repu-  
diatum abijcias. Tuus sum quantus quan-  
tus sum.

*prociati uerba*

## Medicina

tus sum. Nemo me consolari, nemo libera-  
re, nemo iuuare potest, præter TE SO-  
LŪ. Tu uerus es Alexicacos, tu certissimū  
& præsentissimum es in omni necessitate  
auxilium, præsidium, subsidium, propug-  
naculum, tu arx es munitissima. Tu Deus  
refugium nostrum, tu uirtus nostra, tu ad-  
iutor in tribulationibus. In te domine spe-  
ro, non confundar, ne unquam pudeſciam  
spe mea frustratus, sed tua iustitia serua-  
me. Inclina ad me aurem tuam, accelera  
ut eruas me. Esto mihi in Deum protecto-  
rem, & in domum refugij, ut saluum me  
facias. Fortitudo mea & refugium meum  
es tu. Dominus meus es tu. In manibus tuis  
fortes meæ. Illustra faciem tuam super ser-  
uum tuum, saluum me fac in misericordia  
tua Domine.

*Quid in primis  
agrotanti  
si Hyndam  
NB.*

PORŌ, in primis hoc monēdus es qui  
morbo conflictaris, ne cogites quæ pec-  
cata admiseras, sed potius salutiferæ &  
pretiosissimæ mortis Christi imaginem tibi  
ob oculos positam contemplare, eam a-  
nimo tuo penitus inſige, & certo tibi per-  
suade, peccatis admissis iam non te, sed  
CHRISUM premi, ea omnia Christi hume-  
ris imposita esse, qui eaque translata in se  
expiauit

## Animæ.

expiauit & dependit pro nobis, ita ut nū-  
quam sit nobis ea imputaturus, sed remis-  
surus gratis omnia, ueluti in symbolo fi-  
dei dicimus, Credo remissionem peccato-  
rum.

Hic ægrotanti uerbi diuini testi-  
monia de remissione Peccatorū  
per Christum, diligenter inculcā  
da, quorum aliquod subiecinus  
ut essent in promptu.

IOAN. I. Boce agnus DEI qui tollit pec-  
cata mundi.

I. PETR. I. Non caducis rebus uelut au-  
ro & argento sumus redempti, sed preti-  
oso sanguine, uelut agni immaculati, &  
incontaminati Christi.

Hæc, frater mi, altissime demitte in animū  
tuum, hæc te erigant & consolentur. Nō  
est quod de remissione peccatorum ambi-  
gas: siquidem Christi nomen professus es,  
& illius misericordia fides, tu i etiam tol-  
let peccata. Quod si nihil hæſitaueris, con-  
ſtanterq; hoc credideris, iam liberatus es  
ab omnibus peccatis tuis, iam factus es De-  
i filius. Nihil ē quod uacilles, nihil ē quod  
metuas. sed audi testimonia, atq; ita audi  
B ut pem-



## Medicina

ut penitus animo imprimas.

IOHAN. III. Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit non pereat sed habeat uitam eternam. Qui credit in eum non condemnatur.

MATTH. IX. Non ueni ad uocandum iustos, sed peccatores ad poenitentiam.

MATTH. XI. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, ego reficiam uos. Omnes ad se uocat, mi frater, nullum repudiat, nullum reijcit. Huic uocule (omnes) etiam te includes, eiusque misericordiam implorabis et respiciabit suscipietque te.

ROM. V. Commendat suam charitatem erga nos Deus, quod cum adhuc essemus peccatores, Christus mortuus est pro nobis. Multo magis ergo nunc iustificati sanguine eius, seruabimur ab ira per eum.

Hoc Euangelium plenum summæ consolationis, etiam tibi, mi frater, denuntiari uoluit Deus pater, tui amantissimus. Nam et tibi missus est Christus, tibi etiam mortuus est. Crede modo et commenda te Christo seruatori et uindicti tuo.

ROM. V. si eum inimici essemus, reconciliati sumus

## Anima

ciliati fuimus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati seruabimur per uitam ipsius.

I. CORINT. I. Christus factus est nobis sapientia à Deo, iustitiaque et sanctificatio et redemptio.

Hic frater charissime, animum erige, ut maxime peccator sis, non est quod ideo despondeas animam, sed confitere et agnosce te coram Christo peccatorem, Christi misericordiam implora, ueniam pete, et crede Christum unicum esse seruatore, Christum esse salutem et iustitiam tuam, et erit continuo tua, tegetque et abolebit omnia peccata tua, ut nihil tibi metuendum sit inde uel perculi uel damni.

II. CORINTH. V. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit Deus ut nos efficeremur iustitia Dei per illum. Ga. I. Seipsam pro peccatis nostris dedit Christus, ut eriperet nos ex presenti seculo malo, iuxta uoluntatem Dei et patris nostri.

EPHE. I. Per Christum habemus redemptionem, per sanguinem ipsius remissionem peccatorum, iuxta diuitias gratiae suae.

I. TIMOT. I. Christus IESVS uenit in mundum ut peccatores saluos faceret.

Hoc, mi

## Medicina

Hoc, mi frater, spera & tu, his uerbis habere fidem, quemadmodum Paulus, tunc saluaberis & iustificaberis.

I. TIMO. II. Christus Iesus dedit se metipsum pretium redemptionis pro omnibus. Hoc, mi frater, constanter crede, iamq; unus es ex redimendis citra controuersiam.

HBBR. X. Sanctificati sumus per oblationem corporis IESU CHRISTI semel peractam.

MATTH. XXVI. in coena audis Christum tecum loquentem, te cibantem corpore suo, tibi exhibentem ut bibas sanguinem suum ad uitam aeternam, ubi inquit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum quod pro uobis datur. Hoc facite in mei commemorationem. Similiter & postquam coenauit accepto calice, dixit: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine qui pro uobis effunditur in remissionem peccatorum. Hoc facite quotiescunq; biberitis in mei commemorationem.

Hec uerba, mi frater, tibi dicta putabis, & animo tuo altissime infiges. Nam cum ad omnes loquatur, etiam tibi loquitur, tibi proderunt, in tuam salutem & emolumentum

## Anima.

mentum cedent omnia quae Christus passus est, non minus quam Petrum et Paulum iuuerunt.

I. PETRI. II. Christus peccata nostra ipse pertulit in corpore super lignum.

I. PET. III. Christus semel pro peccatis passus fuit, iustus pro iniustis, ut nos adduceret Deo.

I. IOAN. I. Sanguis IESU CHRISTI emundet uos ab omni iniquitate.

I. IOAN. II. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Deum IESUM Christum iustum. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

Potes plures sententias, potes & pauciores sumere prout uidebis decumbentem affectum esse.

Audisti hic, frater charissime, uerba non hominis, sed spiritus sancti, quae testantur palam, quod Deus pater, qui non uult mortem peccatoris, sed ut conuerteratur & uiuat, pro summo illo suo in te amoris fragrantissimi affectu, peccatorum tuorum sarcina te leuari, eaq; humeris filii dilectissimi imposuerit. Is ea suo corpore baiulauit & pertulit, ut non possint te damnare unquam. Quippe Deus mortem filii

B : suo loco

## Medicina

suo loco plenarie & sufficientis pœnitentia, satisfactionis solutionisq; pro peccatis tuis omnibus reputat & accipit, modò in CHRISTUM credideris. Cum itaq; peccata tua in CHRISTUM coniecta, in morte eum detinere suumq; facere & damnare nò poterint, profectò iam satisfactum est pro ijs, tibiq; iam remissa omnia. Hoc crede, uiuesq; in æternum. CHRISTUS ipse tulit peccata tua & mortuus est pro ijs, sed re surrexit suntq; peccata credentium per CHRISTI mortem abundè satis depensa & expiata. Atq; ita stricta seueraq; iustitiæ Dei pro peccatis satisfactum est & plus satis, per IESUM CHRISTUM. CHRISTUS iam tuus est & omnium credentium, cum bonis suis omnibus, cum morte sua, cum resurrectione, cum ascensione in cœlos, cū uita cum meritis, cum gloria sua. Rom. VIII. Quapropter nihil in te iuris habet Satan nulla te iniuria afficere potest, cum sis per CHRISTUM iustificatus, cum sis ab omnibus tuis peccatis liberatus, cum sis Dei filius, Deus pater tuus est, tui amantissimus, propter CHRISTUM, qui te reconciliauit. Quapropter fac animo bono sis, et gaudeas in domino, siquidem cū sis in manibus

## Animæ.

nibus Dei omnipotentis, patris tui fidißimi & optimi, in portu nauigas, extra omne periculum es, nihil tibi incommodi, nihil aduersi euenire potest, nam Dei custodia ac satellitio angelorum septus es. christus tuus est quantus quantus est, is omnia peccata tua sua innocentia obtegit & auferit. Nemo te manib. patris tui cœlestis extorquere poterit. Vbi crucem & afflictionem hanc corporalem (quæ sanè collata ad uitam æternam, leuissima est & momentanea) pertuleris deuorarisq;, uicisti.

CHRISTUS in simili, imò longe acriore. at que horribiliore agone fuit. Hic præces sit, hic caput tuum est, cui necesse est ut fias conformis, atq; peccatis moriaris, uitam que hanc peccatis madidam sordidatamq; deponas, ut cum CHRISTO Domino tuo in æternum uitam ueram uiuas. Ne te angat peccata tua, non est quod ob ea conscientia tua maceretur cum iam ablata sint & abolita. Spiritus ille malus exitium animabus nostris machinans, tibi deuictus, tibi pessundatus est. Deus iam in te respicit, tui curam agit, te tuetur, & custodit, inq; te respicit totum Angelorum & Sanctorum omnium sodalitiū. Ac, ut CHRISTUS

## Medicina

damnari non potest, ita nec tu damnari potes, modo tota cordis fiducia Christo affixus credideris. Si peccatum, Mors, in firmus Christo Domino tuo nihil incommo- di inferre possunt, nec tibi incommo- di possunt: si quidem in Christo es, & Christi in te est. nunquam igitur damnari potes. Quod si tibi ipsi peccata tua ferenda & expianda essent, nullo modo par esse posses ferendo tanto oneri, peccata longe te preponderarent, & ad imos inferos de- mersum absorberent.

Verum Christus uerus Deus, idemq; uerus homo, obtulit ultro seipsum pro te seq; in tuum locum substituit, pro te de- dens omnis ueluti Psal. LXIX. ait: Quae non rapui, exoluebam. Tu quidem commi- sisti peccata in te, sed ea luit atq; expiauit pro te Christus, teq; in libertatem aseru- it, & uitae aeternae consortem fecit, si mo- do huic Euangelio credideris.

Etiam si, frater charissime, soli tibi toti- us mundi peccata incumberent, tamē plu- rimum essit apud Deum gratiae & mise- ricordiae, & plus satis. Deus tibi in Chri- sto benedictionem promisit & gratiam, eaq; in Christo Domino tuo rata est &

certa

## Animae.

certa, plena absolutaq;. Non potes nō sal- uari, si modo in Christum oculos coniece- ris. Nihil salute tui certius. Nam CHRIS- tus, naturalis Dei filius est, in Hypostasi diuina ueritas ipsa: quantum ad humani- tatem, sanguis & caro nostra. Quis ad promissionem gratiae donandam & exol- uendam certior erit hoc Christo? qui ip- se ueritas eius promissionis est, quiq; nos efficitim & ardentissime amat, adeo ut mortem oppetere uoluerit, quam promif- sione ulla nos frustrari. Quocirca, si in Christum credideris, iam benedictionis diuinae consors factus, iam peccatorum tu- orum sarcina leuatus, iam haeres Dei & coheres Christi es in omne aeuum. Quip- pe, Coelum & terra transibunt, uerbum autem Domini manet in aeternum. Credo itaq;, frater mi bonaq; spe animum erige, nec dubita, Deum illum maximum & opti- mum, etiam tibi, hoc est, ob tuam salutem hominem factum, etiam tibi natum, tibi in cruce mortuum, tibi à mortuis resurrexis- se, & caelos ascendisse, eaq; quae promissa nobis erant, uniuersa praestitisse & obtu- lisse. Quotquot sunt promissiones Dei per Christum sunt etiam, & per ipsum

B 5 Amen.

## Medicina

Amen. II. Corint. I. Quapropter à Deo expete et expecta aliud nihil quàm merā gratiā, & misericordiā, eamq; propter & per Christū. siquidē extra Christum nulla est cōsolatio, nulla salus, nulla spes, nullū auxiliū. In unico hoc Christo, ōne solamē, ōnis rescillatio, omne presidū & subsidium, breuiter tota salutis nostræ ratio, omnis in illo gratia & misericordia, multo & in infinitum maior, uberior, & sublimior, quàm quisquam hominum que at uel comprehendere uel optare. Deus nobis fidem firmam & constantem largiri dignetur.

IN hanc formam, uel prolixiore, uel succinctiore oratione, pro ut res poposcerit, egrotantem consolaberis. Ac moneo frater in Domino, ut quanto conatu studiōq; potes, ab horrenda atq; terribili peccatorum & mortis contemplatione animum auoces, inq; solum Christum omnes intendas cogitationes, in hunc oculos mentis figas, huic toto pectore adhaerescas, hunc imbibas, hunc plena animi fiducia inuoces, huic te totum committas. Siquidem in hoc Christo nihil inuenies aliud quàm summam innocentiam, iustitiam, uitam & salutem.

## Animæ.

salutem, quæ omnia à CHRISTO in te deriuata, tua iam sunt, si modò Christum ut salutis tuæ authorem & redemptorē agnoscere uolueris. Quare iterum iterumq; moneo, totiesq; inculco (nec id temere,) ne peccatorum memoriam apud animum tuum renoues, perpendensq; eorum multitudinem atq; magnitudinem te excrutes. Peccatis procul ablegatis solum Christum crucifixum pone ob oculos, huic cordi tuo insige, in hoc sit totus animus tuus, & sensus tui, ad hunc plena fiducia confuge, huic mordicus & indiuisē toto pectore adhaere. Hac ratione aduersus inferorum portas quantumuis diras illas, quantumuis seuas terrificasq; praualebis ac subsistes. Reuoca in mentem tibi quantum humanitate, quanta clementia, quanta comitate & benignitate CHRISTUS in euāgelica historia omnes peccatores, qui penitentia acta ueniam expetiuerunt opem que ipsius implorauerunt, susceperit, tractaritq;. Inuenies Magdalenam, inuenies Latronem cruci ad dextram affixum, inuenies Publicanum, inuenies Zachæum, aliosq; quos insigni humanitate susceptos, à peccatis, quamuis grauibus, liberos pronuntiauit

## Medicina

nuntiauit. CHRISTUS enim ipsissima ē gratia, misericordia, auxilium, consolatio, uita, gaudium, et salus omnibus ijs, qui hęc ab ipso expectant, & fiduciam suam in ipsum collocant. Deus omnia hęc propter CHRISTUM promisit, qui ueritas est, et mentiri non potest. Nunquam itaq; nos falleret, nunquam deseret nos.

PORRO periclitanti de uita occurrat etiam sicubi laesisti & damno affecisti proximum tuum, ut si uel furto uel ui abstulisti aliquid, uel famam alicuius constupra-  
sti. Hic facies idem quod CHRISTUS in cruce, orabis pro omnibus inimicis tuis, ijsq; ex animo condonabis omnes iniurias. si quid tui ablatum est furto, non reposces uolentius. si quid tu alieni subduxisti, redde, si potes, aut cura ut reddatur, nec celabis quicquam, sed confiteberis, & dolebis te peccasse, ueniamq; orabis. Quod si propter fortunarum tenuitatem ablatū restituere non potes, sat erit, si tu alijs condonaueris, qui uel rebus uel corpori tuo uim & iniuriam intulerunt, famęq; tuę obrectauerunt. Si, inquam, his ex animo condonaueris, non est quod sis sollicitus, bono sis animo, nec dubita quin etiam re-  
missurus

## Animæ.

missurus sit tibi iniuriam à te alteri illatā Deus. Neque enim potest non remittere ei delicta, qui proximo condonat. siquidem ipse docuit nos hanc compensandi & dissoluendi rationem. Math. VI. Si remiseritis hominibus errata sua, remittet & uobis pater uester cęlestis.

Medicorum opem implorare, ac Medicinis uti Aegrotus an iure possit.

**M**EDICORVM opem nec aspernetur, uec adoret aegrotus. Summa spes fixa sit in Deo, qui ut solus inserit animam corpori, ita solus exiuit quum uult. interdum tamen accersendus Medicus, ne uideamur tentare Deum. Nā cum remedia per se nec salutem efficiant nec morbos, tamen cum à Medico natura prudente, & in rationali methodo probe exercito exhibentur, Deorum manus, & salutaria iure uocari possunt, Hero phylo teste. Quod & sacra scriptura testantur. scriptum est enim: Honora Medicum propter necessitatem etenim illum creauit Altissimus. Altissimus creauit de terra medicinam, & uir prudens non abhorrebit.

## Medicina.

horrebit illam. sortilegi, incantatores, atq; impostores pij, qui falsis orationibus ac præculis ægrotis mederi uolunt, tanquam pestes fugiendi & profligandi sūt. uenefica enim & cacodæmonum manus sunt, non DBI omnipotentis, cuius uerbo & uirtute omnia regi & gubernari debent.

Cum MORS terrorem inijcit quid agendum.

**C**ogitabis mortem per Christum de qua uictam atq; ad internationem deletam esse. Ac nisi Christus nostri misertus mortem pro nobis appetisset, mortis metus ingenti & horribili anxietate cruciatibusq; intollerabilibus nos uexaret. Uerum uicta iam & pessundata per Christum morte, Animæ Christo fidentiu mori & interire non possunt, sed post emigrationem ex hoc corpore recta ad Christum proficiscuntur. Ut audit Latro ille in extremis agens: Hodie mecum eris in Paradiso. Interim corpus conquiescit certa spe ad beatissimam illam immortalē uitam, resurrecturum nouissimo die, augusta cum gloria, magnificentia, decore, ut renouatum clarificatumq; unā cum anima

## Animæ.

nima in perpetuum uiuat cum CHRISTO & electis omnibus, inter quos inueniētur etiam multi, qui nobis in his terris uel amicitia uel cognationis uinculo iuncti suere. Ideoq; Mortem piorum sacra litera Sōnum uocant. Idem enim hoc eaducum, fragile, imbecillum mortale & computrescens corpus nostrum die extremo excitabitur ut excitatur homo somno sopitus, et mox extincta abolitaq; morte apparebit incorruptibile, gloriosum, formosum, firmum, salubre, immortale, sanum, purū, integrum, & spirituale. I. Corint. XV. Hinc Psal. XVI. ait, Quā preciosa mors sanctorum.

Hæc, mi frater, apud animum tuum expende, ne seducaris cum mundo qui prorsus nos mori, corpus unā cum anima intercidere & interire, nihilq; nostri post discessum ex hac uita superfuturum opinatur. sed tota uia totoq; celo errat. Neuti quam tam uile, tamq; despicabile est corpus nostrum coram Deo: suus illi honor, gloria, & salus preparata & destinata ē. Idem enim hoc corpus quod circumferimus, quodq; lecto affixum morbo conslitatur, torqueturq; idem, in quā, hoc corpus gloria



## Medicina

pus glorificatum & renouatum unā cum anima uiuet, in eternum. Quod si corporis iacturam faceremus, nec unquam id recuperaremus, neuitiquā pretiosa & magna, sed uilis, sed horribilis, sed teterissima Sanctorum mors esset. Quocirca, non oscitanter hæc expendens, animum uacillan-  
lantem, bona spe erectum, scripturæ sententijs fulcies. His crede, nihilq; addubita. Certa sunt & indubitata, quæ dico. Vt Christi corpus in tertium usq; diem sepultum, tertio die resurrexit, ad nouam & eternam uitam, nunquam denuò moriturum: Ita & omnium corpora, qui in Christo obdormierunt, hoc est qui in Christū crediderunt, quiescunt in monumentis ad tempus duntaxat spe certissima, letissima & pulcherrima resurrectionis, resurrectura die illo nouissimo in nouam & perpetuam uitam, ubi nec peccatum, nec MORS ulla erit, nec ulla calamitas, sed nihil aliud quàm iustitia, innocentia, uita, gaudium, beatitudo, salus in secula seculorum. Promisit hæc Deus qui infinitæ potentiæ est, qui ueritas ipsa est. Fient itaque indubie. Huius promissionibus fide ui frater. Porro testimonia scripturæ de Carnis

## Animæ.

Carnis resurrectione diligenter meditan-  
da, diligenter animo inculcanda sunt. Docet nos hoc Paulus, ut istiusmodi sermonibus de resurrectione mutuò nos firman-  
tes, animos cōsolationibus erigamus. Nec ullæ certiores, nullæ uberiores consolatio-  
nes dari possunt, quàm quæ ex scripturæ testimonijs de resurrectione petimus. Non humana uerba sonamus, sed Dei, qui certo potenterq; præstabit quæ locutus est. Nemo Dei uoluntatem immutare, ne-  
mo illius propositum & sententiam impedi-  
re aut remorari potest. Immensæ est po-  
tentia, uerax est & fidelis, ineffabilis il-  
lius est & inexhausta bonitas & miseria-  
cordia. Nemo itaque de hoc ambiget.

### Testimonia de Resurrectione mortuorum.

MATTH. XIII. Iusti fulgebunt ut sol  
in regno patris sui.

IOAN. V. Amen amen dico uobis, qui  
sermonem meum audit & credit ei qui mi-  
sit me, habet uitam eternam, & in condē-  
nationem non ueniet, sed transiit à morte  
in uitam.

IOAN. VI. Hæc est uoluntas patris me-  
i qui



## Medicina

i qui misit me, ut omnis qui uidet filium et credit in eum, habeat uitam aeternam, & ego suscitabo eum in nouissimo die.

IOAN. VIII. Amen amen dico uobis si quis sermonem meum seruauerit, mortē non uidebit in aeternum.

IOAN. XI. dicit Christus Lazarū dormire, qui tamen expirauerat, cuiusq; ca- dauer iam sepulchro mandatum erat, sed Christus uita reddit mortuos, & uocat ea quae non sunt, ut sint. (Rom. III.) itaq; subdit: Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, uiuet. statim post haec uerba excitat Lazarum, putrescentem iam quatríduanum & olen- tem.

ET quia natura in his agonibus pusil- lanimes sumus & meticulosi, ut ad credē- dum quod futura sit resurrectio, admini- culi plus haberemus, multi à mortuis ad uitam sunt reuocati temporibus Prophe- tarum & Apostolorum. Christus excitat à mortuis uiduē filium, Luc. 7. Excitat & principis synagogae filium. Luc. 8. Excitat & Lazarum. Ioan. II. Petrus item uita restituit Tabitham. Acto. 9. Paulū, Eutychum. Acto. 20. Eliseus propheta

## Animæ.

Propheta hospite sue filium. 4. Regum 4. Elias propheta sareptanae puerum, 3. Reg. 17. mortuum ad uitam reuocat. Deus item duos illos maximos & sanctissi- mos uiros, Enoch. Ge. 5. & Eliam 4. Reg 2. uiuos, unā cum corpore & anima, ex hac fragili, & misera uita raptos assump- sit ad se, ut per illos significationem alia- quam futurae & uerae uitae daret, ne iuxta Ethnorum & Epicureorum opinionem & nos post hanc calamitosam uitam, ni- hil nostri superesse crederemus.

PORRO commonescās pusillanimitatem egrotum, ut cogitet, quid maximus ille et potētissimus Dominus mortis & uitae, IESUS CHRISTUS dicat Luc. 8. Nolite fle- re, non est mortua puella, sed dormit. Ra- tio incredula non intelligēs Dei mysteria deridet haec. Verum CHRISTUS uerbis fidē addens, simul cum dicto puellam mortuā uitae restituit. Hic idē Domin. IESUS Chri- stus animam tuam excipiet, custodietque, & nouissimo die, animae corpus reddet, copulabitq; ad uitam aeternam.

IOAN. V. Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius. & prodibunt, qui bona fecerunt, in resur- rectionem

## Medicina

rectionem uitæ. Rom. 8. Quod si spiritus eius qui excitauit IESUM à mortuis, habitat in uobis, is qui excitauit CHRISTUM ex mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter ipsius spiritum inhabitantem in uobis. I. Corint. VI. Deus CHRISTUM dominum suscitauit, & nos suscitabit per potentiam suam. Caput decimum quintum primæ ad Corin. dulcissimis & efficacissimis consolationibus refertum est, ideo nullo auro estimabile. in eodẽ Cap. Paulus resurrectionem nostram ita annexit affigitq; CHRISTI resurrectioni, ut separari & diuelli inde non possit, in hanc sententiam: CHRISTUS resurrexit à mortuis (id quod est certissimum) ergo citra dubium resurgemus & nos. CHRISTUS enim est caput nostrum, nos membra. Caput hoc non est sine membris suis, nec relinquit et deserit membra sua. Vbi CHRISTUS est, ibi erimus & nos: sumus enim membra corporis eiusdem, ex carne & ossibus eius. Quis immensam illam gloriam inestimabilis & ineffabilis gratiæ misericordiæq; pro dignitate satis deprædicare potest, quod Deus è cœlis se demittens ad infima dignatus est homo fieri mortalis, ut caduca hæc

## Animæ.

ca hæc & fragilis hominum natura diuina natura unita, ad uitam immortalem, per infinitam & incomprehensibilem diuinitatis uim atq; efficaciam, regni cœlestis consors facta, proueheretur. Si crederemus tantas diuitias nobis donatas, & tã beatum uitæ genus nos manere, qui quæso animo consternari & angari possemus? Natura omnium fidelium qui & ante & post CHRISTUM fuerunt & futuri sunt, extra dubium in CHRISTO uero homine & uero Deo immortalitatem induit. Verberimamq; & efficacissima est consolatio de resurrectione CHRISTI, qua Paulus Corinthiorum animos firmat, ubi inquit: CHRISTUS surrexit à mortuis, primitiæ eorum qui dormierunt fuit. Postquam enim per hominem mors, etiam per hominem resurrectio mortuorum. Quemadmodum enim per Adã õnes moriuntur, ita & per CHRISTUM omnes uiuificabuntur, unusquisque autem in proprio ordine: primitiæ CHRISTI, deinde ij qui sunt CHRISTI. Addit hic Paulus similitudinem de rebus naturalibus, unde corporum resurrectio clarè & manifestè percipi & declarari potest. Sũpta est autem similitudo à semine, quod ab

C 3 agricola

## Medicina

agricola aridum in terram proiectū, moritur quasi, computrescitq̄. Nō tamē prorsus perit terræ mandatū, sed prodit ē terris amœna, eleganti, lætaq̄ forma ac specie nouum & recens: sic & corpus nostrum resurget non corruptibile, caducum, fragile, flaccidum interiturumque, uti nunc est, sed speciosum, elegans formosum, forte, uiribus integris, & immortale in uitam æternam.

HÆC est uia per mortem hanc corporalem in ueram & æternam uitam, in ueram patriam. Caro & sanguis hereditatem regni Dei, in quo nihil nisi uita est, cōsequi non potest. Atq; ob id oportet corruptibile hoc corpus induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Tum fiet sermo qui scriptus ē. Isaie. 25. Absorpta est mors in uictoriā. Osee. 13. Qui credunt in Christum, iam peccatum, mortem & inferos uicerunt: ideo mortem contemnent, & in Christo iam fortes & animosi, dicent. Vbi mors aculeus tuus? Vbi tua inferne uictoria? Aculeus mortis peccatum est, potentia peccati lex. Sed laus Deo qui dedit nobis uictoriam per Dominum nostrum Iesum Christum

## Animæ.

Christum addemus & alias sententias plenas uberrima consolatione. I. Corin. III. Qui dominum IESVM Christum suscitauit ex mortuis, suscitabit & nos. ad Phil. III. Nostrum politeuma in cœlis est, ex quo & seruatorē expectamus Dominum IESVM Christum, qui trāsfigurauit corpus nostrum humile ut conforme reddat corpori suo glorioso secundum efficacitā qua potest etiam subijcere sibi omnia.

Colo. III. Emortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Quando docunq; Christus manifestatus fuerit uita uestra, tunc & uos cum illo manifestabimini in gloria. I. Thessa. III. Nolo uos ignorare fratres de his qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & ceteri non habentes spem. Nā si credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, sic & Deus eos qui obdormierunt per IESVM adducet cum illo.

SOLATVR & Paulus Timotheum discipulum articulo resurrectionis, 2. Tim. 2. his uerbis: Memento Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum euangelium meum. Si commortuus sumus cum Christo, & conuiuemus: si sus-

## Medicina

ferimus, & conregnabimus. Hebr. 2. dicit  
CHRISTUM per gratiam Dei pro omni gu-  
stasse mortem. Et ibidem ait, CHRISTUM  
participem factum carnis & sanguinis. id  
est, uerum hominem fuisse, ut per mortem  
aboleret eum qui mortis habebat imperi-  
um, hoc est, diabolum: & liberos redde-  
ret eos, quicumq; metu mortis per omnem  
uitam obnoxij erant seruituti.

*Nb.*  
II. TIMO. I. Deus saluos fecit nos, &  
uocauit uocatione sancta, non secundum  
opera nostra, sed secundum suum propo-  
situm & gratiam quæ data est nobis, per  
CHRISTUM IESUM ante tempora eterna:  
sed palam facta est nunc, per appari-  
tionem seruatoris nostri IESU CHRISTI qui mor-  
tem aboleuit, uitam in lucem produxit ac  
immortalitatem. I. IOAN. III. scimus,  
quod translati sumus de morte ad uitam,  
quia diligimus fratres. I. IOAN. IIII.  
In hoc apparuit charitas Dei in nobis,  
quod filium suum unigenitum misit Deus  
in mundum ut uiuamus per eum. Iob. 19.  
Scio quod Redemptor meus uiuit, & in  
nouissimo die de terra surrecturus sum.  
Et rursus circumdabor pelle mea, & in  
carne mea uidebo Deum. Quem uisurus  
sum

## Animæ.

sum ego ipse, & oculi mei cõspecturi sũt  
& non alius.

HÆC scripturæ testimonia qui diligen-  
ter meditantur, non potest non maxima cõ-  
solatione ingentiq; letitia affici. Huius rei  
exemplum nobis euidentissimum esse Pau-  
lus potest, Phil. 3. qui ex animo gaudens  
gratulatur sibi, quod cognouerit CHRI-  
stum, & potentiam resurrectionis illius,  
per quã mors nostræ morti allata est. Nũc  
itaque mors ijs qui credunt in CHRISTUM,  
mortua est, nihil nunc in morte terribile  
est quod formidandum & extimescendũ  
sit, præter imaginem & speciem, pere-  
inde ut serpens extinctus, pristinam qui-  
dem & terribilem illam imaginem suã  
obtinere, cæterum ad lædendum nihil in se  
uirium habet. Et quemadmodum per ene-  
nem illũ serpentẽ, Num. 21. à Mose in deser-  
to erectum diuini uerbi potentia cum in-  
spiceretur, uiui serpẽtes moriebãtur, nec  
Iudæi uiuentum serpentum ueneno infici  
poterant: Ita et mors nostra moritur, sitq;  
innoxia, & minime metuenda, si saluificã  
CHRISTI mortem oculis fidei fuerimus con-  
templati. Breuiter mors a simili imagi-  
ni & umbra mortis, imò ueræ uitæ initiũ  
C 5 & aditus

## Medicina.

Et aditus est. CHRISTUS, qui ueritas ipsa  
ē ait: Ioan. 8. Si quis sermonem meum ser-  
uauerit mortem non uidebit in aeternum.  
Qui quæso fit hoc? Dicam. Homo CHRI-  
sti misericordia fidens, propter fidem ex  
Euangelio haustam, CHRISTO Domino suo  
qui uera est uita, sic incorporatus est, ut  
ita dicam, et sic unitus et copulatus, ut ab  
eo separari et diuelli non possit. Hoc itaq;  
corpus ab anima seiungitur, in spe mini-  
me dubia resurrectionis gloriosæ ad uitā  
aeternam. Quippe intra breue temporis  
spatium corpus animæ redditur, ut per-  
fruaturs aeternis gaudijs. Atq; ita in CHRI-  
stum credens, aeternam mortem corporis  
et animæ, hoc est, aeternam damnationē  
et ueram mortem non uidet. siquidem pi-  
orum mors, emigratio et profectio est ex  
uita hac mortali in immortalitatē ad Chri-  
stum, ad angelos, ad sanctos omnes.

Cum Infernus seu Damnatio æ-  
terna occurrens terret.

**S**PIRITVS ille maleuolus, mirificam  
hominem de prædestinatione sui sollici-  
tudinem inicit, diras has et horribiles  
cogitationes suggerens: Quid si deo non  
placeres?

## Animæ

placeres? Quid si te reieciſſet? Qui ſcis  
te eſſe ex illorum numero, quos ad uitam  
aeternam elegit Deus? Hæ ac ſimiles ten-  
tationes longa, ſunt duriffimæ, grauiffi-  
mæq; animum diſcrutiant et angunt. Qua  
propter omni hic pede, quod dicitur, ſtes,  
conſtanterq; in hac acie partes tuas tued-  
tis, neceſſe eſt. Porro ſi uictoriam obtine-  
re in prælio hoc uolueris, hoc ſtrategie,  
hac arte illum aggrediaris oportet.  
Mox ubi hæ tentationes tibi à Satana  
mittuntur, caue deſcendas cum illo in  
diſputationem, caue cum illo te committas  
illiq; ex aduerſo reſpondeas: uerum his  
uerbis cogitationibusue protelatum à te  
repelle: Aufer te hinc Satana, abi in rem  
malam. ſcriptum eſt, Non tentabis Domi-  
num Deum tuum. Cum Deus ſemper pro  
paterno ſuo in me animo maximis et infi-  
mitis beneficijs me aſſecerit, cum uita hac  
me donarit, eamq; hactenus fouerit ac ſer-  
uauerit, cū bonis omnigenis cumularit, que  
eſſet dementia de illius miſericordia ad  
dubitare? Cum me per Baptiſmum in gre-  
gem ſuorum receptum albo Chriſtianorū  
aſſcripſerit, cum ad Euangelium gratiæ  
me, in quo ſe futurum patrem meum pro-  
miſit,

## Medicina

misit, me uocauerit, qui nō optima quæq;  
ab ipso expectarē, summaq; mihi de ipso  
pollicerer? Qui non esset propensissima  
& obuia expositissimaq; illius in me uo-  
luntas? Quid multa? Stultissimum est &  
periculosum indulgere his cogitationib;  
de prædestinatione. Porro autem cogita-  
tiones has alijs obrues & anteuertes, qui-  
bus Deus tuum animum occupari uult, ui-  
delicet ijs quas Christus ipse præscripsit  
ubi inquit: Ioan. 3. Qui credit in CHRIS-  
tum, non perit, sed habet uitam æternā.  
Audim⁹ quod is qui credit in Christum,  
qui Christum sanctificationem, salutem,  
& iustitiam suam agnoscit, damnari non  
possit? quodq; sit salutis & uitæ æternæ  
consors futurus? Quotquot itaq; miseri-  
cordia Christi fidunt, extra controuersiam  
ē numero sunt eorum qui electi sunt  
ad uitam æternam, in Christo præsciti &  
prædestinati, iam olim in librum uitæ cō-  
scripti. At qui prædestinati sunt ad uitam  
æternam, ij imagini Christi conformes fi-  
unt. Fidem autem, ob quam coram Deo in-  
sti reputantur, non nisi ex uerbo Dei con-  
cipiunt. Hac itaq; fide, hoc est, fiducia  
misericordiæ gratis propter Christum  
donatæ

## Anima.

donatæ saluantur. Certissima hæc sunt,  
& longè uerissima. Deus nec falli potest,  
nec fallere quenquam. Consilium hoc est  
Dei patris benignissimi & uere philan-  
thropi. Hæc sic ab eterno proposuit, sic  
præsciuit, sic præfiniuit. Non est igitur  
quod te morentur aut perterrefaciant, ea  
quæ hostis ille saluti nostræ inuidens, exi-  
tium animæ nostræ moliens suggerit hisq;  
opponit. Fac modò credens Christo,  
fiducia misericordiæ te erigas, nec quic-  
quam erit periculi. Nam si spem & fiduci-  
am tuam figis in Christum, Christus tuus  
est, & tu Christi es. Hoc te redimente pe-  
rire & damnari nullo modo potes. Ioan.  
6. siquidem Christo credentes, per pa-  
trem pertrahuntur ad Christum. Per eū-  
dem eos saluari, nec quenquam ex ijs peri-  
re uult. Quapropter fac forti sis animo,  
fac constanter credas, & bonam spem de  
Christo concipias. Quicumque in Chri-  
stum credunt, ijdem ad uitam æternā præ-  
destinati sunt. In Christum itaq; oculi in-  
tendendi, ad illum confugiendum, hic uni-  
cus & uerus seruator noster apprehendē-  
dus fide est, si saluari uoluerimus. Hic u-  
nusquisque diligenter expendat seriam  
illam exhortationē

## Medicina

illam Pauli exhortationem, Heb. 12. cuius uerba hæc sunt: Per tollerantiam curramus in proposito nobis certamine, respicientes ad fidei ducem & consummatorem IESUM, qui proposito sibi gaudio pertulit crucem ignominia contempta, & ad dextram throni Dei consedit.

**PORRO** omnes tentationes quibus uexatus est grauissimis CHRISTUS, nostra causa pro nobis pertulit, teste eodem Paulo Hebr. 4. Non habemus Pontificem, qui nõ possit affici sensu infirmitatum nostra rum, sed tentatum per omnia iuxta similitudinem absq; peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, ut consequamur misericordiam, & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium. Hæc, frater mi, imprime animo tuo. Datus est nobis CHRISTUS primum in hoc, ut nos redimeret, reconciliaret, & salutis æternæ participes faceret: deinde, ut esset exemplum nobis ad uitam pietatis exigendam, tum desurgendam. Quod si itaq; pietate & feliciter diem tuum obire uoles, fac CHRISTI morte tibi ob oculos posita, ad illius exemplum & tu uitam finias. Quippe CHRISTUS propositus est nobis exemplum imitandum in

## Animæ.

tandem in uita, in omni afflictione, in morte. Nemo pietate uiuet, nemo afflictiones perferet, nemo mortem feliciter subibit, nisi CHRISTI uitam, & mortem sibi proposita, imitatus fuerit. CHRISTI morte omnium peccatorum mors absorpta est & abolita. Quis circa considerabis & meditaberis diligenter quale mortis genus habuerit, quomodo in agone illo longe omnium accerimogesserit sese, cum pendens in cruce grauissimis tentationibus obrueretur. Hunc christum imitare inuocato Dei auxilio.

**PRIMO**, Tentabatur morte, cum obiceretur illi: Alios seruauit, seipsum non potest seruare. Ac si dicerent: iam actum est cum illo. Moriendum est illi, & perendum omnino. Nemo enim manibus nostris extortum liberabit. Ad hunc modum tibi quoq; hostis ille noster irreconciliabilis terrorem mortis incutiet. sed tu contra audentior ito. Collige animum, eumque spe bona confirmato. CHRISTUS hostem istum uictum pessundedit. Vinces & tu eundem per CHRISTUM. Obtende scutum fidei in CHRISTUM. Dominus tuus CHRISTUS, rex gloriæ, idemq; Dominus uite, non factus est morti obnoxius, sed uiuit & regnat.

## Medicina

gnat. Hic dominus & iudex tuus, uiuens  
& regnans non desituet te, non patietur  
ut ullam in te tyrandem mors exerceat.  
Frustrari te non potest, nec mentitur, cū  
ueritas sit. Hanc de illo fiduciam concipe  
optima tibi de illo pollicere, uiuesq; cum  
illo in omne æuum. Quod autem uult te  
tentationibus conflictatum, mortem cor-  
poris subire, id omnino tua causa fit. Ne-  
que enim alia uia in ueram illam & eter-  
nam uitam transmigratur, quam per cor-  
poris mortem. Relinquenda itaq; & de-  
ponenda est hæc uita, si æterna potiri uo-  
ueris, ita post uitam hanc, incipies demū  
uerè uiuere. Præterea prodest etiam ad  
hoc mors hæc corporalis, ut degustata ea-  
ius amaritudine & acerbitate, experiaris  
& agnoscas quàm ardens fuerit Christi  
in te amoris affectus, quam inestimabile  
beneficium inte contulerit, cū pro te mor-  
tem oppetens, suo corpore dependeret  
& expiaret omnia delicta tua, morte in-  
totum extincta & abolita, portisq; infra-  
rorum deiectis, subuersis, conquassatis.  
Nunquam enim experiri aliter & intelli-  
gere potuisses, quanta esset energia & po-  
tentia uitæ in Christo, quæ mortē nostrā  
absorpsit.

## Animæ.

absorpsit, nec beneficij magnitudinem  
agnouisses, nec tam ardentem gratias egis-  
ses Christo Domino & redemptori tuo.  
Quocirca uiuente Christo, uiues & tu,  
eritq; tibi mors hæc somnus quidam felix  
& salutaris, aditusq; & ianua in uerā &  
beatissimam illam uitam.

SECUNDO, Tentabatur Christus eti-  
am peccato, ut homo scelerosus & grauis  
sini criminis reus, cum exprobraretur il-  
li: si filius Dei es, descende de cruce. Ser-  
uasti alios, quin seruas & te. Hæ contume-  
liosæ uoces quid aliud sibi uolunt, quam  
quod iudicarint illum fraude, dolo, uafri-  
cie, technis, & artibus malis imposuisse  
hominibus nihilq; minus esse quàm Dei fi-  
lium, imò hominem scelestissimum, impro-  
bissimum & teterrimum. Assimiliter  
hominem iam de uita periclitantem ten-  
tans Satan, quicquid unquam contra deum  
admissum est ab illo, offert, totaq; pecca-  
torum plaustra illius animo suggerit, ea-  
que in immensum exaggerata, ut atrocita-  
te & magnitudine peccatorum de miseri-  
cordia Dei & uenia hesitantem, ad despe-  
rationem adigat. Et hic pede fixo forti-  
ter resistens, hostem impetentē te, his uer-



## Medicina

bis excipies, fateor me maximum & gra-  
uissimum peccatorē esse: Verū Christus  
nullius peccati reus, agnus ille insons, in  
cuius ore dolus inuentus non est, propter  
peccata mea dirā mortē passus ē, ab illo ō-  
nia expiata sunt, quātācūq; et quodcūq;  
sint, prō ōnibus abūde satisfactū ē. Mors  
CHRISTI etiam meorum peccatorum pro-  
pitiatio est. Christus uerē languores me-  
os tulit, CHRISTUS uerē dolores meos ipse  
portauit. vulneratus est propter iniqui-  
tates meas, attritus est propter scelera  
mea. Liuore eius sanatus sum. Omnia mea  
peccata in se transulit. Nulla nunc ego  
agnosco: CHRISTO gratias ago qui omnia  
suo corpore dependit.

TERTIO, Tentatus est & inferno seu  
damnatione aeterna, cum obijcerent illi,  
Sperauit in Domino, eripiat eū, saluū faci-  
at eū, quoniā uult eū: quasi dicerēt: Omnis  
illū spes in Deū frustrabitur: Deus illū a-  
uerfatur atq; abominatur, & ad inferos  
detrusum in perpetuum damnabit. Cum  
& te istiusmodi tentationibus, Tentator il-  
le lacepsit, caue pedem loco moueas. Non  
est

## Animæ

est quōd contremiscas, nihil extimescas.  
Nihil moueant te, quamuis grauiā que of-  
fert. Excute animo, & procul relega à te  
tam peccatum, quā mortem & infernū.  
Nihil in te iuris habent, si in CHRISTUM o-  
culos conieceris: Hunc apprehende, huic  
te totum commenda. CHRISTUS tuus est, to-  
tum se tibi CHRISTUS impendit. Hic à tyra-  
nide diaboli ac aeterna damnatione, inesa-  
timabili pretio te redemit. CHRISTUS hic ē  
innocentia tua, & uita tua, et iustitia tua.  
Caue modò ne cor tuum à CHRISTO crucia-  
fixo tentationibus ullis auocetur. Si huic  
CHRISTO adhæseris, tanquam in excelsam  
& firmissimam atq; insuperabilem petrā  
collocatus, tutus es aduersus omnes infero-  
rum portas, ut cum CHRISTO exclamare  
possis: Psal. 16. Prouidebam Dominum  
in conspectu meo semper: quoniam à dex-  
tris est mihi, ne commouear. Propter hoc  
letatum est cor meum, & exultauit ling-  
ua mea: in super & caro mea requiescet  
in spe. Notas mihi fecisti uias uite: ad ima-  
plebis me letitia cum uultu tuo, delecta-  
tionem ad dexteram tuam usq; in finem.  
Gal. 3. Ioan. 1. Matt. 15. Per talem fidem  
in CHRISTUM, filius Dei, frater & coheres  
D 3 CHRISTI

refig D 2

## Medicina

CHRISTI, uitaq; aeterna consors es. Hæc si  
des iustificat iustos: hoc est, in CHRISTUM  
credentes. Propter hanc fidem benedi-  
ctus filius cœlestis patris es, & emigrans  
hinc, proficisceris in regnum cœlorum, e-  
lectus filius ab exordio mûdi præparatû.

Quod si uero in tentationibus nutat et  
uacillat fides tua, cumq; uoluntatem Dei  
patris non satis patiēter moderateq; fers  
cum dilectio tua erga Deum sub frigida,  
cum spes infirma & tenuis est, metuis  
que ob id, ne satis bene conueniat tibi cū  
Deo, neue eum habeas infensum. Hæc san-  
ne grauisima & laboriosissima difficilia-  
maq; est tentatio. Sed tu, mi frater, apud  
te cogitabis, tibi que persuadebis, quod  
CHRISTUS propter te intollerabilem & in-  
uincibilem tentationē sustinuerit, in qua  
apparerebatur nullum usquam auxilium, sola-  
tium, subsidium aut patrocinium, in qua  
uisi sunt, Deus totusq; mundus atrocissi-  
mi & infensissimi hostes esse, cum exclamaret:  
Deus meus, Deus meus quare me  
dereliquisti? O horribilem & durissimā  
tentationem hanc: Bone Deus, quam fuit a-  
cerba, quam grauis, quam dura, quam a-  
marā mors illa, quam pro nobis subiuit ut  
uiam

## Animæ.

nilam crucis nobis facilem redderet. Cum  
itaq; CHRISTUS ultrò bis tam horribilibus  
intollerabilibusq; anxietatibus & calamita-  
tib. sese subiecerit, immerferitq; uolēte  
hoc cœlesti patre nostri amātissimo, haud  
dubiè scit & agnoscit nostram etiam in-  
firmitatem, haud dubiè nostri misertus  
stricto iure nobiscum non aget, & multa  
imbecillitati nostræ condonabit. An non  
ipse ad eò omnes ad se inuitans: Venite in-  
quit omnes ad me qui laboratis & onera-  
ti estis, & ego reficiam uos. Que queso  
uberior consolatio, quæ maior ulla dari  
posset? Multa quidem & ualde graua ho-  
minem molestant, & angunt. Quid queso  
grauius terrere, quid crudelius discrutia-  
re & torquere conscientiam hominis pec-  
catis obruti potest? quàm cum dubitat de  
Dei misericordia, cum metuit ne auerse-  
tur ipsum Deus & à se reiciat, cum fidē  
seu fiduciam hanc misericordiæ concepa-  
re non potest, & se ut mēbrū aridum am-  
putatum & reiectum iri imaginatur. Hic  
adsis IBſu CHRISTE præſenti auxilio et sub-  
sidio tuo, hic reſocillatione opus est, ne a-  
tra hæc & uiolenta horridaq; fluctuum  
tempeſtas miſerum hominem obrutum de-

D 3 mergat.

## Medicina

mergat. Sed non est quod ambigamus: nō est uanus Christus, promissa apparere faciet, iuuabit & resuscillabit nos. Vbi itaq; non satis firma est fides tua, ubi formidine & paucibus concutitur pectus tuum, ubi te de misericordia Dei ad dubitare, adeoq; nulla fide præditum esse sentis, confestim Deum inuoca, apud illum misericordiam & incredulitatem tuam deplora, illius opem ardentibus uotis expete, & reficiet iuuabitq; te, hincq; illum glorificatum prædica bis. Recepti se hoc facturum & faciet, tu modò caue ne inuocare cesses. Indefinenter suspirijs ex imo pectore ductis patrem illum omnis consolationis impiora, ne auertat à te faciem suam. Tuam illi imbecillitatem, adeoq; omnia quæ te agunt & cruciant in illius sinum effunde. Exclama cum discipulis: Luc. 17. Domine adauge mihi fidem. Item, cum patre Lunatici: Mar. 9. Credo Domine, succurre in incredulitati meæ. Domine ad adiuuandum me festina, antequam mole hac depressus submergar: Misericordia tua super omnia opera tua. O clementissime, o benignissime pater, Domine Deus salutis meæ, susceptor meus & refugium meum, ne intres in iudicium

## Animæ.

in iudicium cum seruo tuo. Christus iustitia mea est, & redemptio & innocentia mea, qui propter me acerbissimam & crudelissimam mortem obire sustinuit. Moue aut te hæc, o pater omnis misericordie.

Propter hunc Christum filium tuum miserere mei, confirma & corrobora cor meum fide in Christum, consolare me consolationibus Spiritus sancti, ut potiar gaudijs ueris in Christo in perpetuum. Amen.

AD hunc modum laborans, luctans, & pugnans cum imbecillitate tua, incredulitatemq; & pusillanimitatem tuam accusans & deplorans apud Deum, si Christum apprehenderis eiq; apprehenso tenaciter & mordicus adhaeris, uotis flagrantibus & indefessis auxilium expetens oransq; ut ipse in tuum se locum substituens ea quæ tibi desunt suppleat. si hæc feceris, tunc omnia se optime habent. Tunc bene & præclare tecum agitur, nihil est periculi, salua res est. siquidem hæc duo, credere in Christum, & uotis ardentibus fidem expetere, non multum inter se distant. sis, licet, imbecillis & pusillo animo præditus, hoc te tamen soletur & erigat, quòd Deus mandat & uult se inuocari,

## Medicina.

quodq; promisit se inuocatum, exauditurum, & auxilio subleuaturum. Porro ut nihil iustius à Deo petitur quàm uera fides, ita nullam orationem exaudit citius aut lubentius quàm eam quam homo nihil in se boni inueniens, suam infirmitatem, suam tenuitatem & miseriam agnoscens, suam incredulitatem deplorans & deuouens, effundit, anxijis & creberrimis suspirijs, ardentissimisq; uotis fidem expectans. Hæc uota, hæc suspiria, hæc orationes hæc exigua & quantulacunque fides, profectò scintilla est clara & pia, semè Dei, quæ non nisi Deo operante & efficace in nobis, exoritur, qui per Prophetam Esaiã Esa. 42. ait de Christo, Non extinguet lianum fumigans, & calamum quassatum nõ conteret. Quapropter fac constanter credas in Christum, uel certe uotis ardentibus ora ut possis credere, deplorans apud Deum incredulitatem tuam. Hæc si feceris nihil dubitabis te à Deo iustum reputari, te esse filium Dei, qui non temere nec frustra Christo filio suo unigenito nostram imbecillitatem, nostra peccata imposuit. Apud Matb. cap. V. ipse Christus ait: Beati pauperes spiritu, quoniam illorum

## Anima.

illorum est regnum cœlorum, Beati qui lugent, quoniã consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam saturabuntur. Hæc & tibi dicta sunt, frater charissime, hæc proprie in te competunt. Mœres & angeris ob uitam male actam, ex animo doles, sitis & esuris iustitiam, confide, bono sis animo, quæ concupiscis, accipies, iamq; es iustus coram Deo per Christum. Hinc exemplo Christi & Stephanij, spiritum tuum manibus Dei Patris commendabis, in hæc uerba: Commendo, o pater clementissime, in manus tuas spiritum meum, imò tuum spiritum, cum tu eum corpori inditum ad tempus mihi commendaris, cum propria tua imago sit & simulacrum ad tui similitudinem effectū, cū propter eundē redimē dū unigenitus filius tuus sanguinem suum pretiosissimum profuderit. Hunc inquam, spiritum tuum iterum iterumq; commendo in manus tuas, o pater indulgentissime, o Deus omnis misericordie. Tuus sum, quantus quantus sum, tuum quæso suscipias, serues & uita æterna dones, per Iesum Christum filium tuum unigenitum, Dominum nostrum. Amen.

## Medicina

### De Testamenti ordinatione, & peccatorum Confessione.

**C**VM adhuc mens sana cōsistit in corpore, Testamentum condendum ē, ijs qui legare sua, testariq; iure possunt: ne si ad extremum usq; uitæ momentū, id differant negotium, morte præoccupentur. igitur qui legitimos habet hæredes, consultum fuerit, ut omnem curam testamentariam ad illos releget. Quòd si alienum es confluauerit, obæratuq; cuiquam fuerit, id aperte explicet, dissoluendaq; debita curet. Hoc peracto submoueat omnes de rebus huius seculi obstrepentes. In quo supra modum peccant complures qui iam animam agenti ingerunt scrupulos de testamento, deq; rebus externis, interdum & morientem cogunt subscribere, idq; detrectantem & inuitum ac detestantem illorum importunitatem, per quos mori non liceat. Quibus amicis quid esse potest inimicius? Deim? si morbi ratio patitur. Anima priusquam corpori mederi studeat per exomologesin breuē, sed synseram & fuci expertem, & à sacerdote eum plena fide summaq; reuerentia poenitentiae remedium accipiat, ex intimis præcordijs

## Animæ.

cordijs Dei misericordiam imploret, summatq; uitæ castigatioris propositum, si contingat reualescere. Quòd si fortè nō est parata sacerdotis copia, ne protinus (quod solent superstitionosi quidam) trepidet ac despondeat animum, sed ipsi Deo ex corde confiteatur iniustitiam suā, qui pro sua clementia mentis affectum pro factō dignabitur accipere, & quod deest externis sacramentorum signis de suo supplere peculiari gratia. Per illum quidē efficacia sunt omnia sacramenta, quæ quodammodo signaculi sunt diuinæ erga nos beneficentiæ: sed idem absq; signis quum opus est, consulit hominum saluti, tantum ut absit negligentia & contemptus sacramentorum, adsit autem fides & prompta uoluntas.

### De sacramento Eucharistiæ, & extrema Vnctionis.

**A**NIMO expurgato per ueram et integram exomologesin Deo & sacerdoti ritè factam, angustissimum Eucharistiæ sacramentum obnixè si bi deferri petat agrotus: caueatq; in primis, ne illotis manibus synaxim seu Mensam illā sacramentam accedat. Non enim existimandū  
est minas

## Medicina

est minas illas grauissimas que sunt apud Paulum irritas esse. Postquam igitur pro suo captu & modo se preparauerit, hæc precie meditetur & proferat: Domine, tu uaticum es nostræ peregrinationis, quo reficimur & alimur quandiu in deserto huius mundi uersamur, & in hoc stadio decurrimus. Deduc igitur me Domine per hanc sumptionem tui corporis in terram uiuentium, in regionem illam uiuorum, ubi te facie ad faciem conspicer in gloria Patris. Hæc ubi perorauerit, sacramentum corporis CHRISTI plena fide suscipiat in eius mortis & passionis commemorati onem. Peracta Domini cœna, si percipitur morbus ipse nulla medicorum arte curari posse, oret super ægrotum sacerdos ungens eum oleo, non adhibitis præcaminibus magicis, quemadmodum ethnici solent, sed inuocato nomine Domini nostri IESU CHRISTI, quo nullum est incantamenti genus efficacius. Adsit autem precibus fiducia, & audiet Deus, seruabitq; laborantem. Neq; solum restituetur ei sanitas corporis, si quidem expedit ægroto, uerum si forte fuerit peccatis obnoxius, ut plerunque morbi corporis ex animi malis oriuntur,

## Animæ.

riuntur, remittentur ei ad seniorum preces, si modo fides commendet & hos qui precantur, & illum pro quo deprecatur. Moderandum esse dolorem, recta rationis lege, qui propter obitum parentum ac amicorum à plebisque maior æquo suscipitur.

ABIECTA omni moderatione & rationis temperamento, indulgere solis lachrymis, non est hominis Christiani, sed potius Ethnici, quod uel hac sola ratione conuincitur, quoniam nullis fletibus, quantum libet largis & in multos extentis annos, reuocari ad uitam possunt qui deslerunt. Inanes igitur sunt & irritæ illæ lachrymæ, nullumq; parientes fructum ac utilitatem. Quod memorabili exemplo nobis prodidit rex Dauid, 2. Reg. 12. qui quãdiu languit infans ex Bethsabee natus, ieiunauit, largasq; lachrymas effudit, & ingressus seorsum, iacuit super terram, deprecans Dominum pro salute pueri. Cum primum uero accepit ex seruis ad inuicem uisitantibus, mortuum esse puerum, reiecit uestes lugubres & squalidas, induitq; se cultiore amictu, faciem lauit, & posita mensa

## Medicina

mensa epulatus est hilariter. Id cum denū  
rarentur serui eius, putantes quod ampli-  
us se esset afflicturus intellecta filij sui  
morte qui ipso ad huc superstitē ieiunio,  
& fletu ita se amacerauerat, causamq; rei  
illius percontarentur, respondit, Propter  
infantem dum ad huc uiueret, ieiunauī &  
flei. dicebam enim, Quis scit si forte eum  
mibi donet Dominus. & uiuat infans?  
Nunc autem quia mortuus est, quare ieiū-  
no? nunquid potero reuocare eum ampli-  
us? ego uadam magis ad eum, ille uero  
non reuertetur ad me. Quibus sanē uer-  
bis sapienter ostendit David, non esse la-  
mentandum, nec dolendum pro eo, qui re-  
cuperari reuocariq; non potest. Sed et be-  
atus Cyprianus in sermone de Mortalita-  
te (cuius proximē mentionem faciemus)  
contestatur se diuina reuelatione sepius  
fuisse admonitum, imō & sibi à Deo præ-  
ceptum, quod publicè commonefaceret o-  
nes, & prædicando doceret, non esse de-  
fēdos fratres, qui diuina uocatione egre-  
diuntur hoc seculo, & hunc luctum Deo  
iniusum, ingratumq; esse. Ne tamen saxea  
o adamantinoue corde uideamur esse, aut  
uicā defunctum amicum remissē tantum  
& uulgā

## Anima.

& uulgariter amasse, ex pietate animi &  
sincero commiserationis affectu prodenn-  
tes lachrymas illi impartiamur æquum  
est, sed recta rationis lege moderatas  
CHRISTUS enim Dominus noster, absolutissi-  
ma omnium uirtutum idea, Lazarum mor-  
tuum pie defleuit, & sanctæ eius sorores  
Maria & Martha mirificè commendan-  
tur, quòd fraternum deplorauerint fu-  
nus. Officiose etiam muliers illæ, quæ  
CHRISTO in cruce extrēmo patienti sedu-  
læ astiterunt, ob id non immerito laudan-  
tur, quòd ipsum mortuum & sepultum  
multis lachrymis sunt profecutæ. De bea-  
to quoque Stephano proto martyre legi-  
mus in Actis Apostolicis, Act. 8. & curau-  
runt illū (quantū ad sepulturæ exequias)  
uiri timorati, & fecerunt planctum mag-  
num super eum. Quinetiam & ipse Ecclē-  
siasticus, impendendas mortis lachrymas  
non tamen immoderatas nec in longum  
productas tempus admonet, dicens: Eccl.  
22. supra mortuum plora, defecit enim  
lux eius. Modicum plora super mortuum  
quoniam requieuit. Complures etiam E-  
pistolæ beati patris Hieronymi consolā-  
toris uiuentium super morte defunctorū  
ad idem

## Medicina

ad idem negotium quod in presentia pertractatur, mirifice conducunt. Contentum enim & auctoritatibus scripturæ, & ualidis rationibus, non desleri immeritius eos debere, qui uitam cum morte commutarunt: ut ea quæ ad Heliodorum scribitur, de morte Nepotiani: quæ ad Paulam, super dormitione Blefillæ filie suæ, quæ ad Tyrasium, de obitu filie, & reliquæ eiusdem sanctissimi patris epistole consimilem pertractantes materiam.

Parentælis ad omnes CHRISTI nomen professos.

**N**UNC nos, quot quot nomine Christianorum insigniti estis, obsecro & obtestor per misericordiam Dei, ut tandem aliquando relicti pristinis & horrendis istis tenebris & erroribus, ad meliorem uitæ frugem redeatis, summo animi studio & religione uerbum Dei salutare susceptum audiat, citraque intermissionem pulsantes, patrem in cælis per Christum rogetis, ut nos erudiat & uera Christi cognitione illuminet, ut abnegata impietate & mundanis concupiscentiis, sobrie et iuste et pie uiuamus presenti seculo, expectantes beatam illam spem & apparitionem

## Animæ.

tionem gloriæ magni Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis ut nos redimeret ab omni iniquitate, & purificaret sibi ipsi populum peculiarem, sectatorem honorum operum.

RELIXIT nobis immenso Dei beneficio, uerbum illud gratiæ, lactis, & omnium consolationis. Habemus exempla illustra & plurima in diuinis literis, inexhausta Dei erga nos bonitatem, longanimitatem, & clementiam testantia: unde uidere est quam non uelit Deus ut perdamur, sed ut conuertamur & uiuamus, quam cito defruescat illius etiam iustissima ira, quam facile pœnæna, quam meruimus, super se deat, ubi seriõ pœnitentiam agentes de emendanda uita cogitamus. His, o fratres, moti, et nos ad Deum in omnibus afflictionibus confugiamus, ab hoc indefessis precibus contendamus, ut condonatis clementer peccatis omnibus, propter dilectum illum filium suum Iesum Christum, nos seruare, fouere, tegere, consolari, breuiter in omni necessitate presenti auxilio adesse dignetur.

DAVID coniectus in extremum periculum cum propter ipsius peccatum, pestis scuitia septuaginta hominum millia in

B tra dies



## Medicina

tra dies pauculos intercidissent, mox ubi confugisset ad Deum confissus peccatum orans ueniam, misericordiam Dei implorans, extructoq; altari in arca Arcana lebusa, holocausta & pacifica obtulisset, Deus propitiatus est terræ, inquit scriptura, & cohibita est plaga ab Israel. Huius exemplo & uos fratres charissimi confitentes peccata, implorate gratiam & misericordiam Dei, offerentes acceptum Deo cordis pœnitentis & contriti sacrificium, aderitq; uobis auxilio suo, nec unquam uos deseret:

ITIDEM & misso IONA minatur Deus se Niniuen populosisimam & clarissimam urbem euersurum, sed mox ubi ad contionem IONÆ pœnitentiam egissent Niniuite, misertus eorum Deus culpa condamnata, supplicium, remisit. Horum exemplum imitandum uobis proponite fratres. Ne diffidatis Dei misericordia, nondum etiã abbreviatum est brachium Dei. Et uult & potest iuuare nos, modò gratiam oblata non respicientes, illius auxilium inuocauerimus. Nonne per Paulum palam testatur & proclamatur, se diuitem esse in omnes inuocantes se? ROM. 10

HOC

## Animæ.

HOC quid est scripti mei, dilecti in Domino fratres, quo imbe. ille mēbrū eago, uobis reliquis mēbris in Domino (quātum per temporis angustiam, & affecti corporis ualetudinem parum commodam licuit) prodesse uolui, boni consulatis etiã atq; etiã rogo. Malem præsens præsentem consolari si fieri posset. Verum id non liceat, oratione pro uobis pietatis & uoluntatis meæ propense officium sarciam & pensabo. Præcor Christum IESUM, medicum illum uerum & probatissimum, Pharmacopolam omnium affluentissimum ut hæc Animæ Medicinã, è Pharmacopolio suo, hoc est, literarū sacrarū penu diuite, collectã ac cõfictã in cordibus nostris efficacẽ esse uelit, ut solida fides in uobis crescat, dilectio Dei & proximi flagret, ut in omni cruce patiẽtes sitis, Christi exemplum sedulo imitantes, Christo ad extremum usq; balitum adhareatis in spe cerna uite æternæ per Christum IESUM donate. Amen. Orate Deum & pro me miserero peccatore.

LIBRI DE MEDICINA ANIMARUM  
FINIS.

RATIO ET METHO-  
DVS CONSOLANDI PERI-  
culosè decumbentes.

CERTO statues, o Christiane, qui  
aduersa ualetudine conflictaris, te  
non casu, sed consilio & permissione Dei  
affligi. Quicquid morbi est, aut calamita-  
tis, seu ærumnarum quod pijs incumbit,  
omne id Deo gubernante, Dei consilio et  
uoluntate euenit. siquidè in ipso uiuimus  
mouemur & sumus. Act. 17 ipse fecit nos,  
et nõ ipsi nos. Nec hæsitabis quin optima  
et uere paterna uoluntate immittat hoc qd  
quid est morbi non ut te perdat, sed ut  
ad pœnitentiam uocet, & fidem tuam ex-  
erceat excitetq;. Sunt enim afflictiones,  
indubitata summæ misericordiæ & bonæ  
uoluntatis Dei signa. Quem diligit, cor-  
rigit, inquit salomon. Flagellat omnem fi-  
lium quem recipit, Hebr. 12. Benignissi-  
mus ille pater tuus coelestis tui amantissi-  
mus pro optimo suo consilio & propen-  
sissima in te uoluntate, ueterem hominem  
tuum hac aduersa tua ualetudine, quasi  
uinculis constrictum coercet, frenat, mor-  
tificatq;, ut lubentius & alacrius corpus  
taum, tanquam hostiam oblatum, cū Chri-  
sto cruci

Ratio consolandi

sto cruci affligas. Est itaque hic tuus mor-  
bus, quo conflictaris, paterna castigatio,  
non in hoc immissa ut perdaris, sed ut e-  
menderis, ut uiuificeris. Videt fortassis de-  
us pater ueterem Adamum tuum ferocem  
& infranem, peruicacem, & contumacè  
impotentemq; sui luxuriare, & affectibus  
plus satis indulgentem, sibi temperare, se-  
se inbibere non posse, ideoq; hoc illi uelu-  
ti capistrum inijcit, his illum compedibus  
atq; catenis constringit, his carceribus,  
huic erga stulo includit, hac catastra uincit  
ut illum frenet, ut retundat & coerceat  
ne nobilissimam & pretiosissimam animã  
tuam seductam, in periculum cõijciat. Ca-  
ro & sanguis regnant uigentq; in te ma-  
gis quàm spiritus: hic adest Deus spiritui  
tuo, eiq; aduersus ferocientem effrenem  
& rebellantem carnem luctanti fert sup-  
petias, ut uictam carnem supprimat subi-  
gatq;. Quod si prospera & integra cor-  
poris ualetudine uteris nunc, fortassis  
caro (ut est non nisi ad mala semper pro-  
clius) seductum te in multa & grauia cõ-  
tra Deum peccata, quibus irritata Dei ira  
animæ tuæ ad maledictionem & inferos  
strueretur uia, coniecisset. Huic incommo-  
do atq;

## A Egrotos.

atq; periculo. praeueniens pater ille tum  
 caelestis, tibi tuaq; saluti consulens, carnē  
 tuā, manib. pedibusq; & ōnibus uirib. cō  
 tra spiritū ferro:ientē ei; rebellātē tanq̄  
 frenis iniectis compescit, & captiuā du  
 ctam coereet, ne in peccatorum sentinam  
 prouoluatur, sed spiritui subigatur obe  
 diatq;. Hæc cum patris tui amantissimi uo  
 luntas sit, cumq; omnia in tuum commodū  
 & salutem cedant. etiam atq; etiam uide,  
 o frater, ne uoluntati Dei optime relucte  
 ris teq; opponas, sed patere & ora ut pae  
 tris uoluntas fiat, ut te tractet pro suo ar  
 bitrio, utq; nihil uelis nisi quod ipsi uisum  
 fuerit optimum, ut omnia cedant ad glo  
 riam & laudem Dei, & adsit tibi gratia  
 sua, ut crucem incumbentem patienter &  
 moderatē feras. Nam patientia parit pro  
 bationem, probatio spem, spes autem non  
 confundit.

Habes hic materiam exercende & dis  
 cende patientiæ, in omnibus afflictioni  
 bus. Primum discis, quod Deus paterno a  
 nimo te affligat. id autem discis experien  
 tia. Nisi enim reipsa id experireris quam  
 salutare esset Deo se dedere totum, illius  
 uoluntati obsecundare (ueluti Dauid in  
 quit,

## Ratio conso.

quit, Bonum mihi quod humiliasti me Inō  
 posses spem de illo certam & firmam con  
 cipere, non expertus ante sub hac cruce  
 & uirga tam paternum animum & tui cu  
 pidissimum delitescere. Verum cum id an  
 tē experientia didiceris, eiusq; rei gustū  
 aliquem iam habeas, nullis afflictionibus  
 animo consternato succumbis, sed spes tua  
 subinde crescit, cum semel atq; iterum sis  
 expertus præsens Dei auxilium. Et si con  
 riuens patitur nonnunquam aliquandiu  
 te in salebris hæsitare mergiq;, tandem ta  
 men aliquando auxiliares manus porri  
 gens, eripit te & seruat. Patitur quidem  
 nauare te aliquandiu atq; etiam aquis cō  
 rui, sed submergi non patitur. Hinc certō  
 statuere potes, quod te nunquam destitue  
 re nec reijcere uelit, cum toties te pericli  
 tatū seruarit. In afflictionibus itaq; dis  
 cipere & fouere, ut etiam in afflictioni  
 bus longe grauioribus ubi nullum usquā  
 apparet auxilium illi confidere possis, e  
 doctus iam, illius in liberandis & seruandis  
 suis consuetudine n. Didicisti non ira,  
 sed amore paterno afflictiones immitti.  
 Quod cum persuasum habeas tibi, expe  
 rientia

## AEgrotos.

riētia edoctus, expectas paciēter auxiliū  
nec despondes animū, sed cōstanter tādē  
aliquandolaturū illū auxiliū speras, ut ma-  
xime differēs in lōgū tēpus se occultet &  
abscōdat. Atq; ita tādē agnoscis intelligis  
q; morbū tuū seu afflictionē nō in hoc tibi  
immissam, ut perdaris, sed ut gloria Dei  
illustretur et ut ōnia in salutē tuā cedāt.  
Qui ad hunc modum Deo sese dedere &  
concredere potest, promissionibus ipsius  
fusus, is non moritur in eternum, id quod  
CHRISTUS ipse etiam iuramento, ne quid  
addubitaremus, affirmans, Amen, amen,  
inquit, si quis seruauerit uerbum meum,  
non uidebit mortem in eternum. Et alio  
loco ait, Ego sum uia, ueritas & uita. Qui  
credit in me, uiuet, etiamsi mortuus fuerit  
Et qui uiuit & credit in me, non morietur  
in eternum. Hęc CHRISTI uerba, o frater,  
in animum altissimē demissa fac diligen-  
ter asserues, hisq; animum uacillantem eri-  
gas & sustentas. Qui credit CHRISTO, mor-  
tem non gustabit. Qui credit in me, habet  
uitam eternam, inquit CHRISTUS. Hęc au-  
tem est uita eterna, ut te cognoscant Deū  
uerum, & quem tu misisti IESUM CHRISTŪ.  
Vita eterna inchoatur in mundo hoc. Nā  
qui

## Ratio conio.

qui Christum habet, ueram uitam habet.  
Nā CHRISTUS uita est, Ioan. 14. Est et ueri-  
tas, ideoq; nō ludificabitur nos, sed promis-  
siones dei p̄ ipsum sunt, etiā et p̄ ipsū Amē.  
AC quo nihil addubitares quim dictis  
promissis suis mansurus esset DEUS, peculi-  
ari quodam fœdere ac signo corpori tuo  
addito se tibi obstrinxit deuinxitq; Nā cu-  
pidus & amans salutis tuæ cū misisset fili-  
um suum in mundum, ut pro te morti se  
offerret, fœdus gratiæ per CHRISTUM an-  
tē ferijt fecitq; in quo promisit, se tibi, si  
credideris & baptizatus fueris, uitam æ-  
ternam daturum gratis, se te nunquam de-  
serturum, se patrem tuum futurum, se te  
gratia & misericordia coronaturum. Est  
autem signum fœderis huius baptismus  
tuus. Huic signo, additis promissionibus  
ut adhaerescas mordicus necesse est. De-  
dit autē signū hoc, ut de gratia promissa  
& fide ipsius nihil hæsitares. Baptizatus  
es in mortem CHRISTI, ueluti Paulus ait, ut  
mors eius, tua mors fieret, ac pro te omnia  
expiaret, eumq; in Baptismo induisti, ut  
totus esses in illo & ille in te. Est itaq;  
Baptismus fœdus erigens & exbilarans  
tranquillansq; conscientiam tuam coram

## A Egrotos.

Deo, teste Petro, quod te nunquam dam-  
natus sit propter peccata tua. Nam si  
de iustificatus pacem habes apud Deum.  
Tranquilla & serena pacataq; conscientia,  
uera pax est. Accepisti autem huius iu-  
stificationis & remissionis peccatorum si-  
gnū certissimū seu sigillū quoddā Bap-  
tis-  
mū, ut certō crederes Deū ppter christū  
misertū tui, seruaturū & liberaturū te.

IAM itaq; cum Deus tibi faueat, uelita-  
que pater tuus esse, teq; nunquam deserere,  
cumq; eius rei insāllibile signum ac tes-  
timonium habeas, omnem rem et te totum  
illi cōmēdes dedasq; eiusq; uolūtati pareas  
illiusq; manū, siue mori te uoluerit siue ui-  
uere, patienter seras oportet, modō ut il-  
lius uoluntas longē optima fiat ad gloriā  
& laudem ipsius. Quamquam impossi-  
bile est, si misericordia promissa propter  
CHRISTUM sisus fueris, teq; totum illi con-  
secraueris, ut dānari possis. Quippe pro-  
misit se futurū patrē tuū. & quia uerax  
ē, cū agnoscas illū patrē, & optima que  
que ab illo expe-  
ctes speresq;, non potest  
non pater esse teq; seruare, quoquo modo  
duriter ad tempus aliquandiu te tractet.  
Cum itaque promiserit se futurum patrē

TUUM

## Ratio conso.

tuum, tuq; promissionibus his fidas, citra  
dubium tui tuorumq; acrem curam aget.  
Quapropter commendabis illi non modo  
tuum corpus, sed & uxorem ac liberos,  
cognatos & amicos, breuiter omnia tua:  
nec dubita quā ipse sit uerus pater uerus  
cōiunx uerus cognatus & amicus futurus  
Nā te hactenus tāquā œconomus seu dispē-  
satore dūtaxat in his usus ē. Iā uerō cū te  
muneris huius functionem deponere ue-  
lit, alium illis dispensatorem qui & fide  
bona & diligenter illorum curam agat,  
in locum tuum substituet. si hoc ab illo  
speraueris & plena cordis fiducia expe-  
ctaueris, non dubium est quā sit facturus  
quod dixi. Quocirca excute animo tuo o-  
nem de tuis sollicitudinem eamq; Deo cō-  
menda. De te potius sollicitus cogita, quo-  
modo anime tuæ consulas eamq; Deo trās-  
mittas.

AC cum gratis propter CHRISTUM cō-  
donarit tibi peccata omnia Deus, nihil  
quicquam a te pro hoc immenso & inesti-  
mabili beneficio exigit, quam ut uicissim  
condones ex animo ijs qui te iniuria affe-  
runt. Et promittit se remissurum nobis er-  
ram nostrā, si remiserimus nos hominibus

ERRATA

## A Egrotos.

errata sua. Proinde omnibus offensis con-  
donatis ex animo, ita ut nunquam earum  
memoriam apud te renouaturus sis, etiam  
ora pro illis qui te laeserunt, iuxta doctri-  
nam et exemplum Christi, eosque iuuua pro-  
mirili indigentes tua opera, si reualueris.  
Quod si hunc animum similtate, liuore,  
maleuolentia & ira uacuum habes, habes  
& signum quod Deus tua tibi peccata re-  
miserit, Fides enim, qua cor tuum purifica-  
tū ē exerens sese suosque fructus ferēs, pro  
Dei infinitis beneficijs, non potest non ui-  
cissim ignoscere & benefacere proximo  
suo. Hic fructus charitatis testatur, & cer-  
tum te facit, quod fides tua uera sit & ui-  
ua, cum fructus tulerit ueros & bonos.  
Hoc Petrus uult, ubi iubet ut firmam facia-  
mus uocationem nostram bonis operi-  
bus. Significat enim ea opera testes & sig-  
na esse, quod à Deo sis electus & adopta-  
tus in filium ad aeternae salutis gaudia.

NEVTIQUAM autem sperabis, o frā-  
ter, quod Deus propter morbi tui & cru-  
cis grauitatem peccata tibi condonaturus  
sit. Nulla enim alia est satisfactio, nulla al-  
lia compensatio pro peccatis tuis quam u-  
nica mors Christi. Nihil aliud in hac qui-  
dem cau-

## Ratioc onsolan.

dem causa respicit Deus, nihil aliud accep-  
tat hic, quam filium suum dilectum. Hic  
agnus Dei est qui tollit peccata mundi.  
Hic sacrificium est & oblatio sufficiens,  
absoluta, perfectaque pro totius mundi pec-  
catis. Tuus autem morbus doloresque ne le-  
uissimum quidem peccatum tuum coram  
Deo expiare possent, ne dum salutem pro-  
mereri, sicuti Paulus testatur: Non repu-  
to ē, inquiens, pares esse afflictiones praes-  
sentis temporis ad gloriam quae reuelabi-  
tur erga nos. Nulla creatura neque in coe-  
lis neque in terris: nullus Angelus iram pa-  
tris sedare & mitigare potuit, multo mi-  
nus morbus hic tuus & ad afflictio momenta-  
nea sedabit. Porro autem qui eam iram le-  
nire & Deum homini reconciliare debe-  
bat, hic ut & Deus & homo esset (ut po-  
te intercessurus & acturus inter Deum ira-  
ratum & hominem condemnatum) neces-  
se erat. Ideoque Dei filium oportebat homi-  
nem fieri, ut iram Dei patris suo corpore  
dependeret lueretque, & ab ea nos serua-  
ret, teste Propheta dicente: Laguores no-  
stros ipse tulit. Posuit Deus in eo ini-  
quitatem omnium nostrorum: propter sce-  
lus populi mei percussit eum. Et Petrus,

Vibce

## Aegrotos.

Vibice eius sanati sumus. Propter hunc itaq; Christum Dominum tuum peccata tua tibi condonata sunt, nec ob aliud quicquam in tota rerum uniuersitate, ob nullam afflictionem, quantumuis duram & acerbam. CHRISTUS unica est iustitia, salus, redemptio & satisfactio nostra. Hunc Deus pro nobis peccatum fecit, qui peccatum non nouerat, ut nobis contingeret iustitia. Quapropter si credis, iam filius Dei es. IOAN. I. Si filius Dei es, es & heres Dei & coheres CHRISTI. Quod si uita eterna hereditas est & donum Dei, uti eam Paulus uocat, certe non promereberis eam doloribus morbi tui. Ceterum morbo hoc te conflictari ideo uult Deus ut eo ueterem hominem tuum compescas, frangas, coerceas et mortifices, ut aliquando desinat peccare. Id autem fit ad extremum per mortem corporalem. Atq; ob hanc causam mors haec nobis subeunda est, ut anima emigrare ad aeternam salutem possit. Est enim MORS haec ianua ad uitam aeternam. Ibi tum denuo liberamur ab omnibus calamitatibus, miserijs, erumnis, ab erroribus & imposturis diaboli omnibus, nec amplius foedissima peccatorum labe inquinabimur, nec

## Ratio consolati.

mar, nec in haereses aut errores seducemur, nec in desperationem precipitabimur. Omnium tum malorum & aduersitatum incommodorumq; finis adest. Tum conquiescentes in Domino potiemur uitae & gaudijs aeternis. Ergo ne utiquam abominanda & formidanda mors est, imò uotis flagrantibus expetenda, cum per eam ad aeterna gaudia proficiscamur. Estque uerissimum quod Paulus dicit: Omnia pignora coadiumeto esse in bonum. siquidem MORS res coram mundo omnium odiosissima, teterrima & maxime horribilis, credentibus fit dulcissima, gratissima, & iucundissima. Tametsi uetus Adam ille noster ad eam inborrescit, eam fugis & horret. Inter nus tamen homo promptus, alacris et expepitus, ultroneusq; est ad eam obeundam, cum per eam ab omni peccatorum, flagitiorum, uitiorum & erumnarum coeno ac sordibus liberari se, & ad aeterna gaudia proficisci uideat sciatq;.

Quomodo consolandi is, quibus mortis periculum imminet. DEVS optimus & tui amantissimus Pater, tui misertus, o frater, ex calamitiosissima, miserrimaq; uita hac te uocat trans-

laturus

## AEGROS

laturus ad se in perpetua uita caelestis gaudia. Proinde dede & commenda illi totum te tuamq; omnia, & quod ille uult uelis & tu dicasq;. Fiat uoluntas tua Deus pater, non mea. Clama cum latrone cruci affixo ad Christum, Memento mei Domine cum ueneris in regnum tuum. Clama cum publicano: Domine propitius esto mi sero mihi peccatori. Clama instanter cum mulierecula illa gentili Chananea: O fili David miserere mei. Audiet te Christus clamantem, ne dubita, tuiq; miserebitur, peccatis condonatis, cum illo eris in Paradiso. Hunc igitur Christum apprehendas huic mordicus adhaereas, huic animam tuam fac concredas. Cum hoc Christo cruci fixo, ad Deum communem patrem clama: Domine in te confido, non confundar in aeternum. In iustitia tua libera me. Inclina ad me aure tuam, accelera ut eruas me. Esto mihi in Deum protectorem & in domum refugium ut saluum me facias, fortitudo mea, & refugium es tu. Tu es protector meus. In manus tuas commendo spiritum meum. Clama & cum Dauide: Domine firmamentum meum & fortitudo mea, refugium meum & liberator meus. Deus meus adiuutor

## Ratio consolans.

iuutor meus, protector meus & cornu salutis meae & susceptor meus. Ad te domine leuaui animam meam. Deus meus in te confido, non erubescam. Dirige me in ueritate tua. Tu es Deus saluator meus. Reminiscere miserationum tuarum Domine, et misericordiarum tuarum quae a seculo sunt Delicta iuuentutis meae ne memineris. Secundum misericordiam tuam memeto mei propter bonitatem tuam Domine. Propter nomen tuum Domine propitiare peccato meo, multum est enim. Respice in me & miserere mei. De necessitatibus meis erue me. Dimitte uniuersa delicta mea, custodi animam meam & erue me. Non erubescam quoniam spero in te.

SI ad hunc modum toto corde auxilium Dei inuocaueris, auxilium feret tibi Deus opportuno tempore, dicetq; id quod Psal. 91. est. Quoniam sperauit in me, liberabo eum. protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Quocirca, o Christiane, serua hic bonum certamen, dimica strenue, fortiter, & constanter, ut Christianum uerum decet. Ca  
F us loco



## Aegrotos.

ue loco cedas, caue tergum uertas, nihil ē  
periculi. Non dimicās hic solus, sed IESUS  
Christus rex in hoc agone dux tuus est.  
Hunc te in hoc certamine præcedentem se  
quere. Hic dux tuus, uindex erit tuus &  
ab omnibus hostibus animæ tuæ, ab omni  
periculo, ab omni calamitate in hac pug-  
na tuebitur atq; defendet te. Rex est non  
quiuis, sed immensæ & infinitæ potentie  
Mortem, Satana, Infernum, tuā causā iā  
uicit & prostrauit. Absorpta est mors in  
uictoriam. Christus pro te mortuus est. Iā  
deoq; mors æterna iuris nihil in te habet.  
Christus pro te descendit ad inferos, ut  
te ab æternis istis tenebris liberaret. Pro-  
inde forti & magno sis animo, pectore in-  
fracto irrumpe in aciem: excute omnem  
pauorē, nihil est hic periculi. Non ē quod  
metuas seuerum & strictum Dei iudiciū:  
Christus IESUS mediator est coram Deo,  
idem aduocatus & patronus tuus ē; et pō-  
tifex & sacerdos. Hic te Deo reconcilia-  
uit, et paternum illius animū propter pec-  
cata tua abalienatum tibi restituit. Deus  
propter Christum, pater nunc tuus est,  
tui curā agit, te unice amat ut filiū tener-  
rimum. Iā cum hic tantus Rex à partibus  
tuis

## Ratio conso.

tuis stet, quis negotium tibi fācessere, quis  
impetere, quis oppugnare te sustinebit?  
quis quæso iniuriā tibi inferet? Quid pe-  
riculi esse potest? Audi Paulum: Si Deus,  
inquit, pro nobis, quis cōtra nos? qui pro-  
prio filio non pepercit, sed pro nobis om-  
nibus tradidit illū, qui fieri potest, ut non  
& cum eodē omnia nobis donet? Quis in-  
tentabit crimina aduersus electos Dei? De-  
us est qui iustificat. Quis ille qui condem-  
net? Christus ē qui mortuus est, imō qui  
et suscitatus est, qui & ē ad dexterā Dei,  
qui & intercedit pro nobis. Quis nos se-  
parabit à dilectione Dei? Persuasū habe  
o quod neq; mors, neq; uita, neq; altitudo,  
neq; profunditas, neq; ulla creatura alia  
poterit nos separare à dilectione Dei,  
quæ est in Christo IESU Domino nostro. Iā  
taq; cum Christus cū bonis suis tibi sit do-  
natus, sunt, & iustitia, innocentia, salus et  
uita æterna donata tibi, teste Paulo, 1. Cor  
1. Christus factus est nobis sapientia à de-  
o, iustitiāq; & sāctificatio & redēptio.  
In hunc igitur Christum, in hunc angu-  
larem lapidem fac spem & fiduciam tuam  
omnem locatam & fixam habeas. Hic la-  
pis fundamentum ualidum, solidum & fir-  
mum est,

mum ē, cui tuto te cōcredere et inniti po-  
 tes: nulla quantumuis atra & horrida tem-  
 pestas, nulli nymbi, nulle procelle funda-  
 mentum hoc euertere & disturbare pos-  
 sunt. In hoc, inquā, Christo spes opesq; tu-  
 æ õnes sitæ sint: in hūc te cōiicito, ei te to-  
 tū dedito huic fide mordic. adhereto, nul-  
 late ab eo, calamitas aut tentatio auellat,  
 ut maxime õnia absurdè et p̄posterè fieri  
 uideātur, ut maxime caro & sanguis lon-  
 ge secus dictauerint et ratio cōtrariū sen-  
 serit, ut maxime diabolus animo tuo suba-  
 inde insusurret actū esse tecum & Deum  
 tibi insensissimum esse, teq; gehennæ sup-  
 plicium commeritum damnandum esse.

Quippe fides est hypostasis, hoc est expe-  
 ctatio rerū sperandarum, id est, promissa-  
 rum: & blenchus, id est certum argumē-  
 tum & notitia non apparentium. Cum sã-  
 cto illo patriarcha Abrahamo sub spe  
 præter sp̄e credas oportet. Fides et spes  
 tua omnibus istis quæ uel ratio cæca sug-  
 gerit, uel hostis ille Milleartifex, insidias  
 & exitium nobis moliens instillat atq; in-  
 gerit, sese opponat resistatque oportet.  
 Quare perdiscenda tibi propè est Dei in-  
 seruãdis suis mos & consuetudo. Quem  
 euehere

euehere uult in cœlos, eum antè deducit  
 ad inferos: quem uificaturus est, eum antè  
 mortificat: in quem insignem miseri-  
 cordiam & humanitatem exercere uult,  
 eum antè tenatatum simulat se damnaturū  
 Quapropter cum nihil aliud sentis quàm  
 mortem præsentissimam, cum Deus uide-  
 tur insensissimus esse tibi, cum quàm lan-  
 gissimè à te discesisse, te in totum deserui-  
 isse, te repudiatum & damnatum reiecisse  
 uidetur, tum quàm proxime tibi adest  
 defensurus & liberaturus te, tum te maxi-  
 me amat, tum maxime illi curæ es. Incū-  
 bente enim afflictione & tribulatione re-  
 cordatur misericordiæ, iuxta Prophetam  
 siquidem ira eius durat uix momentum o-  
 culi. Non in perpetuum irascitur. Quo-  
 modo miseretur pater filiorum, sic miser-  
 tus est Dominus timentibus se: quoniã ip-  
 se cognouit figmentum nostrum, recorda-  
 tus est quoniã puluis sumus. Misericor-  
 dia autem Domini ab eterno & usq; in æ-  
 ternum. Miserator & misericors Domi-  
 nus, longanimis & multū misericors. Psa.  
 102. Quocirca clausis oculis, sensuum &  
 rationis iudicio reiecto, totum te Christo  
 subijce, subdi, dede, & commenda, boni

## AEGROS.

cōsule quocūq; te modo tractauerit. Mortem & horrorem dolore sue mortis nō iuxta oculorum & sensus seu rationis iudicium aestimabis, sed iuxta uerbum Dei. Dauid ait: Pretiosa mors Sanctorum in conspectu Domini. Item: Beati mortui qui in Domino moriuntur. Item Christus: Qui credit in me, mortem non gustabit. Quam obrem qua offeruntur qua te à Christo auertere & in desperationem conijcere conatur, omnia animo excute, uerbo Dei uiuo te nacissime adhereto, hoc meditare & subinde iteratum animo tuo inculca. Neq; enim unquā tuæ rationis perspicacitate atque acumine assequeris, qui fiat quod per mortem ad ueram uitam transeas, quomodo exhalans animam hinc emigres, quomodo anima tua in Domino seruetur & requiescat ad nouissimum usq; diē, quomodo etiam putrefactum consumptum & ad esum à uermibus corpus in extremo iudicio resuscitatum noua & eleganti forma prodire possit. Hoc Ratio comprehendere non potest, sola Fides potest. Subinde itaq; symbolum fidei meditare, & singulas particulas diligenter excute, & attentus expende.

Quibus

## Ratio consolati.

Quibus uerbis compellendus sit iam agens animam.

O FRATER in Christo, nunc fac bonū certamen certes, fac constanter et fortiter locum tuum tuearis. Christi redemptoris tui i promissiones infige penitus pectori tuo. Ego sum Resurrectio et uita, inquit Christus: Qui credit in me, uiuet nec morietur in æternum. Christus assumpta natura humana iniurijs nostræ conditionis obnoxia moriens in crucis ara seipsum hostiam immolauit pro peccatis nostris. Hic suo sacrosancto sanguine expurgauit delicta totius generis humani. Hic Christus non te destituit. Hic curam tui agit. Christo seruante et protegēte te nulla iniuria aut calamitate affici potes. solidum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc. No uit Dominus, qui sunt sui. 2. Tim. 2. Christus ait: Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neq; rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus qui dedit mihi maior omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus. Quam obrem, o frater in Christo

F 4 commendas

## Ægrotos.

commendans animam tuam Deo patri t  
unicè amanti, exclama cum christo fratre  
tuo in cruce pendenti: O pater, in manus  
tuas commendo spiritum meum. Deus p  
ter omnis misericordie deducat te  
in uitã eternã, seruetq; te ad  
letissimam extremi illi  
us iudicij resurrea  
ctionẽ. Amen.

RATIONIS CONSOLANDI ÆG  
GROS FINIS.



## IMAGINES MORI TIS SELECTIONES, CVM

Stenaxiois

VALENT. VVAGNERI  
CORONEN.

ITEM.

PRAECEPTA VITAE CHRIS  
TIANAE, ET ALIA QVAEDAM  
Epigrammata, Carmine


Elegiaco.

Eodem auctore.

*2 copy here*

## Corona

Industria ac sumptibus  
Valent. VVagneri  
Coron.




VALENT. VVAGNERVS CORON.  
REVERENDO VIRO, DOMINO  
FRANCISCO SALICAE0 PASTO  
ri Ecclesiæ Christi, quæ est  
in BIRTHALBEN S. D.

**S**ocrates, cū hausto ueneno iā mo-  
riturus esset, cerneretq; sibi adstā-  
tes amicos gemitibus ac lacrymis su-  
os mœrores testari, reprehendit eorū  
moliliiciem, dicens, καὶ γὰρ ἀκήκοα, ὅτι  
ὄν ἐν φημίαι χρεὶ τελευτᾶν, id est. Audi-  
ui etenim quod cum laude ac animo  
lātiore uitam finire oporteat. Hoc  
optimi uiri exemplo uerè affici debe-  
mus, ut uitæ innocentia honestas lau-  
des promereri studeamus, & tandem  
euocati ex terreno hoc habitaculo,  
cordatius ac feliciter in æternæ patriæ  
consuetudinem transmigramus.  
Ea propter et has mortis imagines ex  
Georgij AEmylj libello selegi, qui-  
bus uersiculos nostros, & uenustio-  
res sententias ex Bibliorum uolumi-  
ne adiunxi. Volui autem hunc no-  
strum laborem sub tui nominis au-  
spicio

spicio in publ. adere, ut sit perpetu-  
um pignus mutæ nostræ arctissimæ  
amicitiæ. Utinam harum picturarū  
sedula inspectione excitemur ad in-  
quirendas mortis omniumq; huma-  
narum calamitatum causas, & instru-  
amus nos aduersus fatorum impetus  
ac uiolentiam diuinis consolationi-  
bus, precipuè spe promissæ resurre-  
ctionis, & futuræ æternitatis in coe-  
lesti patria. Neq; equidem hoc ærum  
nolo tēpore, quo omnes nostræ for-  
tunæ, tanquam in mari malorū, horri-  
bilibus procellis periculosissimè ia-  
ctātur, ullum aliū portum aut profu-  
giū uideo, quā καλῶς καὶ ὄν χρεὶσθῶ ἀπο-  
θανῆν. Quod ut (piè absoluto  
huius uitæ curriculo) nobis  
nostrisq; aliquādo con-  
tingat, Filium dei,  
uictorem Mortis,  
toto pectore  
oro.

Coronæ in Transiluania, pridie Idus  
Maij, Anno M.D.LVII.



Principio Dominus cælum terramq; creauit,  
 Quicquid & hæc mundi machina uasta tenet.  
 Hinc formatur Homo, coniux cum coniuge: uiuum  
 Exemplum, & ueri dulcis imago DEI.  
 Sed quia fallach decepti fraude draconis,  
 Infaustus comedunt noxia poma dapes:  
 Accensus domini sentiscunt protinus iras.  
 Illius & pauidi uoce sonante tremunt.  
 Campisq; Elysiis miserè pelluntur, ab illo  
 Tempore nos fato subdita turba sumus.



GENESIS I.

Creauit dominus deus hominem ad  
 imaginem & similitudinem suam, ad i-  
 maginem dei creauit illum, Masculum  
 & Foeminam creauit eos.

Benedixitq; illis deus, & ait, Crescite  
 & multiplicamini, & replete terram, &  
 subijcite eam, & dominamini piscibus  
 maris, & uolatilibus coeli, & uniuersis  
 animantibus, quæ mouentur super ter-  
 ram.





Hinc tandē omne nephas, hinc uis fraudesq; doliq;  
Odiaque & cedes insidiaeque fluunt.  
Hinc tot morborum species, saeuique dolores  
Sensim per longas inualuere moras.  
Hinc primum uacui Mors uulterix uenit in orbē,  
Humanumq; premunt ab mala tanta genu.  
Hinc maledicta tibi tellus sterilefcit, & omnis  
Vita catbenato plena labore manet.  
Donec humum subeas iterum, matrēq; reuifas:  
Puluis eras primum, tum quoq; puluis eris.



PSAL. LXXXIII.

Quis est homo, qui uiuet & non  
uidebit mortem, eruet animam suam  
de manu inferi?

DANIE. III.

Gradientes in superbia potest de-  
us humiliare.

EZECH. VII.

Princeps induetur moerore, Et  
quiescere faciam superbiam poten-  
tium.

ECCLE X.

Rex hodie est, & cras morietur.  
SAP. VII.

Nemo enim ex regibus aliud ha-  
buit natiuitatis initium. Vnus est om-  
nium introitus ad uitam, & similis ex-  
itus habetur.

IEREM. XVII.

Maledictus homo, qui confidit in  
hominem, & ponit carnem brachii  
um suum, & a Domino recedit cor  
eius.



Puluis & umbra sumus, hominisq; potētia tanquā  
Perbreuis æstiu gloria floris abit.  
Cæcāq; nimbiferæ ueluti uestigia nubis,  
Vita per obscurum sic quoque transit iter.  
Vermifer & putris quid terra cinisq; superbū  
Quid fastu demens luxuriante tumes?  
Cernis per præceps fugitiua ut uoluitur unda?  
Esto memor Vitam sic properare tuam.  
O utinam saperent homines, noctūq; diuque  
Versarent animis ultima quæque suis.



Psal. CIII.  
Puluis sumus, homo sicut fenum,  
dies eius sicut flos agri, sic ef-  
florebit.

ESAIÆ. XI.

Omnis caro fenum & omnis glo-  
ria hominis sicut flos feni.

SAP. II.

Transit uita nostra tanquam ue-  
stigium nubis.

II. REG. III.

Omnes morimur, & quasi aquæ  
dilabimur.

I. PARAL. XXIX.

Dies nostri sicut umbra prætere-  
unt, & nulla est mora.

IOB. XIII.

Memoria uestra comparabitur ci-  
neri, & redigentur in lutum ceruices  
uestræ.

ECCLE. X.

Quid superbis terra & cinis?  
Memento homo, quia cinis es, & in  
cinerem reuerteris.



XXX

Turbine cui uenti tenuis distracta lanugo,  
 Fumusq; impulsus mox per mane uolat:  
 Vtq; procelloso dispergitur æquore parua,  
 Inque suas iterum bulla liquescit aquas,  
 Sic boninum accensas spes impia sæpe fatigat;  
 Augurio mentes præcipitatq; suo.  
 Frustra uiuaces ambit turba improba laudes,  
 Gaudiane quicquam uera hypocrita petit.  
 Ergo age ne timeas minitantis uerba tyranni  
 Cuius mox omnis gloria stercus erit.



Spes impij tanquam lanugo, quæ  
 à uento rapitur, & tanquam spuma  
 gracilis, quæ à procella dispergitur,  
 & tanquam fumus à uento diffusus,  
 & tanquam memoria hospitis unius  
 dici.

PSAL. XXXVI.

Vidi impium superexaltatum, &  
 eleuatum sicut cedros lybani, & trā-  
 siui, & ecce non erat, & quasiui eum  
 & non est inuentus locus eius.

IOB. XX.

Laus impiorum breuis est, & gau-  
 dium hypocritæ instar puncti.

I. MACH. III.

A uerbis uiri peccatoris ne timue-  
 ritis, quia gloria eius stercus & uer-  
 mis est, hodie extollitur, & cras non  
 inuenietur, quia conuersus est in ter-  
 ram suam, & cogitatio eius perijt.

PSAL. xxxiii.

Mors peccatorum pessima.



Quid prodest homini, totū licet occupet orbem,  
Si iacturam animæ fecerit ipse suæ?  
Mollia qui mūdi nocituraq; gaudia captans  
Delicijs amplas diffusus inter opes  
Liuida mox tetri sentisces spicula lethi,  
Mortuus & tantum uile cadauer eris.  
Ab properat anni, proferat recidua uoluptas,  
Ab nimium nobis mors inopia uenit.  
Ergo tuam speciem, descendāq; inspicere formam,  
Foedaque peruigili crimina mente fuge.



MATT. XVI.

Quid proderit homini, etiāsi mundum uniuersum lucratus fuerit, animæ uero suæ iacturam fecerit.

I. TIM. VI.

Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc.

IOB. I.

Nihil intulimus in hūc mundū haud dubium, quod nec auferre quicquam poterimus.

ECCLE. V.

Sicut egressus est nudus de uentre matris suæ, sic reuertetur.

IOB V.

Visitans Speciem tuam, non peccabis.



Cum mecum reputo tristissima secula uita,  
Et quam sint uarijs omnia plena malis,  
Plus defunctorum securam laudo quietem,  
Quam mundi uafros peruigilesq; dolos.  
Mors melior uita, miseros presentia leti  
Non adeo ad spectu territat usq; suo.  
Vltima funerei cum facti aduenerit hora,  
In refrigerio tum pius omnis erit.  
O bene felices, o terq; quaterq; beatos,  
Quicumque in uero mortem obiere deo.



IOB. X.

Tedet animam meam uitæ meæ,

ECCLE. IIII.

Laudaui magis mortuos quam ui-  
uentes.

XXX.

Melior est mors quam uita.

SAP. IIII.

Iustus si morte præoccupatus fue-  
rit, in refrigerio erit.

APOC. XIII.

Beati mortui qui in domino mo-  
riuntur.



Dic mihi si seriem rerum, si tempora mundi,  
Si nosti quicquid facta diesque ferunt.  
Tunc etiam nondum natus, longe ante uidebas  
Extremum uitæ principiumque tuæ?  
Ante ne prescieras numerumque atatis et annos?  
Et quando hinc te mors euocatura forem?  
Nunc artes inquirere tuas, curaque te ipsum,  
Auxiliatricem nunc tibi confer opem.  
Scilicet ut pisces hamo falluntur adunco,  
Et uolucres laqueo: Sic homo sæpe perit.



ECCL. III.  
Altiora te ne quaeris.

PROVER. VII.  
Deus fecit hominem rectum & ipse  
se se infinitis miscet quaestionibus.

ESAIÆ. V.  
Vx qui sapientes estis in oculis uestris.

LVC. III.  
Medice cura te ipsum.  
ECCL. II.  
Moritur doctus, similiter & indoctus.

IOB XXVIII.  
Indica mihi si nosti omnia, Sciebas quod nasciturus esses, & numerum dierum tuorum noueras?

ECCL. IX.  
Nescit homo finem suum, Sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines.



Non nos, crede mihi, quicquam disjunct amantes,  
Quam mors quæ subito perdere quæq; potest,  
O quam terribilis, quam mæsta memoria leti est,  
Illi qui blandis lustrat inter opes:  
Et mollem ducit tranquilla per otia uitam,  
Fortiaq; in uegeto corpore membra gerit.  
Multos, dum luxum fugitiuaq; gaudia captant,  
Perque uoluptates delitiinq; ruunt:  
Ex improviso rapidi uiolentia fati  
Ad stygiæ flammæ tartaraque ima trahit.



RVTH. I.

Me & te sola mors separabit.

ECCLE. XLI.

O mors quam amara est memoria  
tua, homini pacem habenti in subitâ  
tîjs suis, uiro quieto, felicique per om  
nia, & adhuc ualenti capere cibum.

IOB. XXI.

Ducunt in bonis dies suos, & in  
puncto ad inferna descendunt.

PSAL. CXLIII.

Homo uanitati similis factus est,  
dies eius sicut umbra prætereunt.

I. THESS. V.

Dies domini sicut fur in nocte, ita  
ueniet, cum enim dixerint pax & se  
curitas, tunc repentinus eis superue  
niet interitus.

I. PET. V.

Sobrii estote & uigilate.

Iam miser emerita permensus tedia uitæ,  
 Transegi cursus, tristia multa, meos.  
 Defecit sensim longo attenuatus ab æuo  
 Spiritus, & cessit qui fuit ante uigor.  
 Vltima decrepita nunc instant fata senectæ,  
 Et solam tumulum mi superesse puto.  
 Quam cito decurrit nunquã reparabile tempus,  
 Quam celeri uitæ transuolat hora pede.  
 Ab licet innumeros aliquis pertingat in annos,  
 Vita hominis nihil est, quam labor atq; dolor.



IOB. XVII.  
 Spiritus meus attenuatus est, dies  
 mei breuiabuntur, & solum mihi su-  
 perest sepulchrum.

PSAL. CI.

Dies mei sicut umbra declinaue-  
 runt, & ego sicut fenum arui.

SAP. II.

Quasi umbræ transitus est tem-  
 pus nostrum.

IOB. XVI.

Ecce breues anni transeunt, & fe-  
 mitam per quam non reuertar am-  
 bulo.

ECCLE. XVIII.  
 Numerus dierum hominis, ut mul-  
 tum, centum anni, quasi guttæ ma-  
 ris deputatæ sunt.

II. CORIN. V.

Dum summus in hoc corpore, pe-  
 regrinamur à domino.

HEBR. XII.

Non habemus hic manentem ciui-  
 tatem.

MAR. XIII.

Omnibus dico, Vigilate.



Qui male per uetitas properat ditescere fraudes,  
Immensasq; auido pectore querit opes;  
Et desiderijs uesanum insanius aurum  
Congerit, exitium non uidet ille suum,  
Nam dum diuitijs inhiat, gazasque recondit,  
Furtiuusq; studet fallere queng; dolis;  
Oculis fati laqueis sese implicat excors,  
Mortis & incurrit præda petita manus:  
Quælibet hæc uerè moueant. En hora propinquat,  
Magna dies domini præcipitata uenit.



PROVER. XXI.

Qui congregat thesauros mendacij, uanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis.

I. TIM. VI.

Qui uolunt ditescere, incidunt in tentationem & laqueum, & cupiditates multas, stultas ac noxias, quæ demergunt hominem in exitium & interitum.

HABAC. II.

Væ ei qui multiplicat non sua.

PROVER. XI.

Non proderunt diuiciæ in die ultionis.

MATTH. XXVI.

Ecce appropinquat hora.

ESA. XXXVIII.

Dispone domui tuæ, morieris enim tu & non uiues.

III. REG. I.

Delectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris.

Qui tibi sollicitus in longos prospicis annos,  
 Augurio falso pectora cæca sodes.  
 Hæc te nocte uocant (dum spe meliore tumescis)  
 Et repetunt animam fata suprema tuam.  
 Quis iam per fraudes: per fâs nefâsque reponis,  
 Quis tunc magnificus hæres habebit opes?  
 Non tunc descendet tecum tua gloria, uermes  
 Serpentesq; inter putre cadauer eris.  
 Nascitur ut nudus tumida genitricis ab aluo,  
 Sic terram nudus mox subit omnis homo.



LVC. XII.

Stulte hac nocte repetunt animam  
tuam, & quæ parasti cuius erunt.

PSAL. XXXVIII.

Theaurizat & ignorat cui con-  
gregabit ea.

IOB. XVII.

Diues cū dormierit, nihil secū aufe-  
ret, aperiet oculos suos, et nihil  
inueniet.

PSAL. LXXV.

Dormierunt somnū suū, & nihil in-  
uenerūt omnes uiri diuitiarum suarū.

PSAL. XLVIII.

Cum interierit non sumet secum o-  
nia, neq; cū eo descendet gloria eius.

ECCLE. X.

Cum morietur homo, hæredita-  
bit serpentes & bestias, & uermes.







En ego diuitijs olim praesignis & armis,  
Nunc subito casu fractus ad ima feror.  
Eheu quid tandem uentosa superbia nobis  
Profuit, aut luxus exitialis amor?  
Ex nihilo in miserum mortalis nasceris orbem,  
Et rursus ueluti labilis unda peris.  
Atq; ita tartareum subito descendis ad orcum,  
Præcipiti nudus abriperisq; die:  
Non tunc luxurians lecto splendebis eburno,  
Sed male uermigero puluere tectus eris.



IOB. XVI.

Ego quondam opulentus repente  
contritus sum.

SAP. V.

Quid uobis profuit superbia, aut  
diuitiarum iactantia quid contulit  
nobis.

SAP. II.

Ex nihilo nati sumus, & post hoc  
erimus tanquam si non fuerimus.

I. PARAL. XXVIII.

Si dereliqueris deum, projiciet te  
in æternum.

IOB. XXI.

In puluere dormient, & uermes o  
perient eos.

IOB. XIII.

Ecce luna non splendet, & stellæ  
non sunt mundæ in conspectu dei,  
quanto magis homo putredo & fili-  
us hominis uermis.



Nunc intende oculos caelo, mentemq; fidelem,  
Nunc ueris precibus sollicitato deum.  
Sis uigil, haud hominū quisquam (miserabile dictu)  
Vicinae mortis spicula dira uidet.  
Certa dies domini, sed non praecognita nobis  
Ingruit, heu subito nos breuis hora rapit.  
Ergo age iam memori perpende nouissima corde,  
Iudicij extremi prospiciasque diem.  
sic factum fugies, & inexcusabile crimen,  
Nullaq; offendes impietate deum.



MAR. XIII.  
Vigilate & orate.

MATTH. XXIII.


Vigilate, quia nescitis qua hora uē  
turus sit dominus.

ECCLE. VII.

Memorare nouissima, & in atere  
num non peccabis.

PSAL. LXXXIX.

Dies annorum nostrorum septua  
ginta anni, Si qui autem uiuidiores  
sunt, octoginta, & quod eorum opti  
mum est, labor & dolor.




Viuere nos sanctè rapidi meditatio leti,  
 Et posita ante oculos tristis imago iubet.  
 Occultam ins est, & inuitabile fati,  
 Mors, licet incerto tempore, certa uenit.  
 Vt carata suo candelæ absumitur usu,  
 Fœnumq; est subito, quod modo gramen erat.  
 Sic decor & fragilis uentosi gloria mundi,  
 Concidit, æstiuæ floris & instar abit.  
 Omnia mors æquat, mors ultima lincea rerum,  
 Ille bonum summum, qui benè uixit, habet.




SAP. II.  
 Exiguum & cum tedio est tempus  
 uitæ nostræ.  
 GENE. XXXVII.  
 Dies peregrinationis uitæ meæ  
 centum triginta annorum, sunt pau-  
 ci et mali.





Væ, uæ, uæ nobis mæsto qui uiuimus orbe,  
 Millesq; captamus gaudia mixta malis.  
 Mox mundi exuti luxu curisq; tremendum  
 Iudicis æterni stabimus ante thronum.  
 Scilicet ut uitæ rationem æuiq; peracti  
 Altitono reddat quisq; repente deo.  
 Nemo coronatur pulchrè nisi certet, & hostem  
 Prostrinat ualida deiciat manu.  
 Da mihi Christe precor properantè uincere mortè,  
 Adspectuq; tuo mox propiore frui.



APOC. VIII.  
 Væ, uæ, uæ habitantibus terram.  
 GENE. VII.  
 Cuncta in quibus spiraculum uitæ  
 erat, mortua sunt.  
 ROM. XIII.  
 Omnes stabimus ante tribunal.  
 LVC. XVI.  
 Redde rationem.  
 II. PETR. III.  
 Vix iustus saluabitur.  
 II. TIMOTH. II.  
 Non coronabitur, nisi qui legitime  
 certauerit.  
 LVC. XVII.  
 Mementote uxoris Loth.  
 MATTH. X.  
 Qui perseverauerit usque in finè  
 hic saluus erit.  
 IOANN. V.  
 Veniet hora in qua ònes qui in mo-  
 numentis sunt, audiēt uocē filij dei,  
 & procedent qui bona fecerunt in re-  
 surrectionem uitæ qui uero mala ege-  
 runt in resurrectionem iudicij.  
 PSAL. C. I.  
 In memoria æterna erit iustus.

PSAL. CXLIX.

Exultabunt sancti in gloria.

SAP. III.

Iustorum animæ in manu dei sunt  
& non tanget illos tormentū mortis.

SAP. V.

Iusti in perpetuum uiuent, et apud  
dominum est merces eorum.

MATTH. XIII.

Iusti fulgebunt sicut sol in regno  
patris.


APOCAL. II.

Esto fidelis usque ad mortem, &  
dabo tibi coronam uitæ.

I. CORINTH. II.


Oculus non uidit, nec auris audi-  
uit, nec in cor hominis ascendit, que  
præperauit dominus his qui diligunt  
illum.





# TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007



**PSAL. CXLIX.**

**Exultabunt sancti in gloria.**

**SAP. III.**

**Iustorum animæ in manu dei sunt  
& non tanget illos tormentū mortis.**

**SAP. V.**

**Iusti in perpetuum uiuent, et apud  
dominum est merces eorum.**

**MATTH. XIII.**

**Iusti fulgebunt sicut sol in regno  
patris.**

**APOCAL. II.**

**Esto fidelis usque ad mortem, &  
dabo tibi coronam uitæ.**

**I. CORINTH. II.**

**Oculus non uidit, nec auris audi-  
uit, nec in cor hominis ascendit. que  
præperauit dominus his qui diligunt  
illum.**



Leonardus Hermannus Roy

1590

Die Paschat

A. 19.  
B. 24.  
C. 22.  
D. 22.

